à latronibus si si quis num. 5. de testam. Bel.  
 lamera cap. ex parte num. 17. de arbitr. Baldus  
 consi. 162. num. 5. volum. 2. Mileus in pract.  
 crim. num. 10. Anton. consi. 63. num. 1. Paris.  
 consi 155. volum. 4. Curt. l. imperium num. 4.  
 ff. de iurisd. omn. iud. fallit nisi sit lis contesta-  
 ta, atque secuta sententia, Bartol. leg. ex iudi-  
 ciorum ff. de accusat. ante enim sententiam si  
 scus nullum ius habet, Doct. leg. post contra-  
 ctum ff. de donat. Cin. leg. si quis post C. de  
 bon. damn leg. si pœna ff. de pœnis leg. si qua  
 pœna C. de his, qui sunt sui; Mortuus enim à  
 solo Deo cœlesti condemnari potest Angelus l.  
 de qua re §. cum absentem ff. de iudic. leg. pen.  
 ff. quæ sent. sine appell. resc. Angel. consi. 68.  
 Curt. consi. 60. leg. libellorum ff. de accusat.  
 Gandin. in tractat. Malef. leg. fin. nu. 16. ff. de  
 quæst. Mileus in pract. crimin. num. 152. Fallit  
 87 secundo pendente appellatione, † quam hære-  
 des prosequi tenentur leg. 1. C. si pend. appell.  
 Mors interu. Quod intellige de hærede accu-  
 satoris dixi super. cōcl. 10. Tertio fallit si ex de-  
 lieto hæres factus est locupletior not. l. Caius  
 ff. ad Syllan. vbi Igneus num. 15. l. si pro fure  
 §. fin. ff. de cond. furt. not. leg. sicut ff. de reg. iu-  
 ris leg. toties ff. eodem leg. . . . hæredem ff. de  
 dolo leg. quod diximus §. t. . ff. quod metus  
 causa leg. quod autem ff. eod. n. leg. 1. §. fin. ff.  
 de vi, & vi armata leg. vi pulch. C. vnde vil.  
 3. §. ex furtiva ff. de pecul. l. si c' m ex actione  
 §. pedius ff. de eo quod met. causa .fin. ff. de eo,  
 per

per quem factum erit, Brix. q. 81. Angel. tract. de testam. glos. fin. q. 113. num. 6. Corn. consil. 37. num. 24. volum. 3. quo casu contra hæredē dabitur actio; ex quorum doctorum opinionibus infertur primo, quod circa personā nul-

38 lus † ex delicto alterius tenetur ampl. procedere ut hoc fieri non possit nec per leg. neque per pactum. Secundo infertur quod circa rem si pena ipso iure defuncto irrogatur à lege, tūc eo casu in hæredem transfertur, Bart. leg. 1. nu. 2. ff. de priuat. del. I. Caius ff. ad Syllan. I. 3. §. qđ aūt ff. qđ quisq; iuris l. cōmīsa ff. de public. & vectig. Ang. l. 1. C. ne ex delicto def. Dec. I. pupillum §. 1. num. 3. ff. de reg. iuris vt in crimi ne hæres. & læsæ maiest. Abb. cap. fin. num. 5. de sepultur. Bart. l. ex iudiciorum ff. de accus. Iason. leg. 3. §. quod aūt nu. 2. ff. quod qđ sq; iur. hoc idem in fraude gabellæ, Bertach. tract. de

39 † Gabell. p. 9. vers. 5 Bart. leg. 2. ff. de vectigal. quod infertur etiam a singulari successore leg. commīsa ff. de publ. & vectig. Quia dominiū transit ipso iure in fiscum, & poena in hæredē dummodo sententia detur, Baldus leg. si quis in tantum C. vnde vi, colum. 1 3. quia licet ipso iure detur, requiritur tamen factum hominis: dixi ego in tractat. de Compensat. p. 2. q.

40 21. num. 6. Te o si sumus in poena, quæ à iudice imponitur i defunctus deliquerit in his, quæ pendent contractu, tenebitur hæres ad poenam pecuniariam, Paul. consil. 63. num. 3. vol. 2. dum modo ultra vires hæreditatias non graue-

grauetur l. si hominem §. datur ff. depositi leg.  
 1. & fin. C. de hæred. tutor. leg. ex depositi leg.  
 ex contractibus ff. de act. & obl. leg. si hæres  
 ff. depositi Imola leg. ex parte §. ex facto ff. de  
 verb. oblig. Abb. cap. fin. de sepulturis. Quar-  
 to si sumus in alijs tunc si lis iam erat contesta-  
 ta † ante mortem ad hæredem pœna transfer-  
 tur & ad damnum datum, dummodo isto e-  
 tiam cau non excedat vires hereditarias, Barto-  
 lus l. 1. ff. de priuat del. Iason. l. si eum §. qui  
 iniuriarum num. 5. ff. si quis caut. quia lite con-  
 testata instanua, quæ in hæredem transire so-  
 let, inita, atque incepta intelligitur l. si cum  
 hominem ff. de fideiussor. Decius leg. pupillū  
 §. 1. num. 5. ff. de reg. iur. Angel. in tract. de te-  
 stam. gl. 113. Abb. cap. 2. num. 57. de ord. cogn.  
 Iason. l. hæc actio ff. de æd. quod procedit in a-  
 ctionibus ciuilibus, quæ ex delicto nascuntur  
 non autem in criminalibus, & publicis iudi-  
 cij, quibus hæres non tenetur nisi lata senten-  
 tia leg. iudiciorum ff. de accus. Bart. leg. 1. C.  
 ne ex delicto def. si vero lis contestata non sit  
 hæres non tenetur nisi ad ea, quæ ob tale de-  
 licium fuerit consequutus, præter quam in a-  
 ctione furtiuia, in qua vltra id etiam, quod ex  
 furto percepit damnum resarcire aduersario  
 placuit §. fin. instit. de oblig. quæ ex del. nasc.  
 Angel. leg. contra §. si post nu. 2. ff. de act. refū  
 amot. Decius leg. ioties ff. de re, iur. leg. si pro-  
 fure §. fin. ff. de cond. furt Bart. l.. num. 2. ff. de  
 priui. delictis, & hoc sit ad tollendam furtoru-

ſequens

MORS OMNIA SOLVIT. P. II: 105  
frequentiam l. aut facta §. fin. ff. de pœn. Corn.  
consi. 414. num. 6. vol. 1. Bald. l. vnica C. ne ex  
del. def. & datur contra hæredē lite adhuc nō  
contestata, gl. & Ang. l. 1. §. fi. ff. de eo per quē  
factū erit Bologn. consi. 8. Marsi. l. si is qui nu.  
75. C. ad l. Iul. de sic. in actione tamē ter. amot.  
hæres tenetur tantum quatenus ad eum perue  
nit Angel. l. cōtra §. si pot. ff. de act. rerum amo  
rat. num. 2. l. & ideo §. fin. eod. tit. l. fin. C. eod.  
sed vtrum sola citatio pro litis cōtestatione ha  
beatur? not. isto in casu, Ias. l. si eum §. qui iniu  
riam num. 6. ff. si quis caut. l. ex hoc dicto nu.  
13. ff. de eo quod met. causa l. 3. §. quod autem  
ff. quod quisque iur. Baldus l. vnica num. 1. C.  
ne ex delicto def. Decius l. pupillum §. 1. nu.  
7. ff. de reg. iur. Bart. l. 1. num. 7. ff. de priu. del.  
l. eius ff. de iure iur. Curt. in tract. de iure iur.  
§. fin. nu. 11. Baldus l. 2. C. qui accus. nō poss.  
l. si apud C. de ed. Decius cap. cum speciali §.  
Porrò num. 6. de appell. Item not. quod si fur.  
suerit confessus de furto, & mortuus ante con  
demnationem agetur contra hæredes, licet ad  
eos nihil defurto peruenierit, Baldus l. 1. n. 14:  
C. ne ex delicto det. Imol. l. defuncto ff. de pu  
blic. iud. Ang. §. pen. nu. 11. inst. de perpet. &  
tempor. aet. Anan. c. in litteris de raptor. An  
gel. dicta l. 1. n. 5. gloss. l. creditor §. iussus ff. de  
appell. Mil. in pract. crimin. num. 149. Afflict.  
decisio, 233. Baldus l. error C. de iuris, & facti  
ignor. l. Titi as §. Gaius ff. de l. 2. potest tñ hæres  
contrarius. 1 probare, Afflict. d. decisio 233 &

appellare possunt à sententia contra defunctū  
lata, Ant. tractat. de notorio Artic. 4. num. 59

Decius cap. cum speciali §. porrò num. 6. de  
92 appell. † Quinto not. quod si quis alicui suc-  
cedit nomine dignitatis semper quatenus vi-  
res hæreditatis patiuntur damnum resarcire  
debet præstitum à defuncto Abb. cap. 2. num.  
57. de ordine cogn. quia dignitas nunquam de-  
finit cap. liberti 12. q. 2. cap. si gratiosè de re-  
scr. 6. quod est intelligendum quando nomi-  
ne dignitatis delictum contractum fuit, Bart.

93 leg. 1. ff. de priu. deleg. † Sexto in foro Eccle-  
siastico siue lis fuerit contestata, siue non sem-  
per hæres tenetur iuxta vires hæreditarias de-  
delicto à defuncto commisso ut defuncti ani-  
ma liberetur Ambrol. in tractat. de vñsur. vers.  
sed quid numer. 234. capitul. in litteris de  
raptoribus capitul. sanè. 24. quæst. 2. capitul.  
Episcopus 12. q. 2. cap. quanquam de vñsur. 6.  
cap. Episcopus 16. q. 6. cap. benè 96. distin. c.  
tua de vñsuris cap. 3. de pignor. Bertach. tractat.  
de Gabell. 4. p. q. 20 num. 31. Flor. leg. inde. §.  
hac aetione ff. ad leg. Aquil. Bart. leg. furti C.  
de furt. sunt enim bona defuncti pro restitutio-  
ne obligata cap. Parrochiano de sepultur. cap.  
Archiepiscopatu il primo de raptor. Baldus l.  
filium C. fam. hærc. glo!. cap. via de decimis  
Brix. q. 81. Angel. l. contra §. si p. st ff. rerū amo-  
tarum Decius leg. pupillum §. 1. num. 8. ff. de  
regul. iuris & procedit hoc vlt. dictum, siue  
hæres confecerit inuentarium, siue on, Bald.  
leg.

MORS OMNIA SOLVIT. P. II. 8107

leg. furti C. de furtis, de iure autem ciuili nisi  
confecerit inuentarium hæres teperatur etiam  
ultra vires hereditatis in casu litigis contestatae,  
sententiae, latere, & executionis facienda, iutis  
bus supradictis.

CONCL. XXXIII.

- 94 DEPOSITVM soluitur Morte; † unde suc-  
cessor depositarij non est successor earum re-  
rum, quas defunctus habuit nomine depositi,  
nec petere potest mitti in possessionem earum  
rerum leg. fin. C. de ed. diu. Hadr. toll. Bald.  
leg. i. C. si de momentanea possess. Doct. com.  
leg. bona fides ff. depositi, Tyraquell. tract. le  
mors saicit leviss. in 4. declar. num. i. & sequē.  
95 † Dixi super. concl. 22. si tamen fuerit res ven-  
ditæ tenetur hæres ad precium, & liberatur,  
Paulus l. i. §. fi. ff. de depol. Doct. l. mater C. de  
rei vend. l. si cum serum ff. si cert. pet.

CONCL. XXXIII.

- 96 DETENTIO soluitur Morte, † Curt. Iun.  
consi. 110. colum. 8. Doct. com. leg. qui iure ff.  
de acq. poss. l. & habet §. & hospes ff. de præc.  
leg. mulieri ff. quemadmodum. usufruct. amitt.  
Bartol. consi. 121. Angel. leg. assiduis colum. 8.  
C. qui pot. in pignor. hab. Alex. consi. 88. volu.  
2. Corn. consi. 91. num. 5. volu. 4. Socin. consi.  
131. volum. 1. Ruin. consi. 51. volu. 4. Gozzad.  
consi. 99. Crau. consi. 61.

CONCL. XXXV.

- 97 DIGNITAS soluitur Morte, † leg. cum pa-  
tronus ff. de leg. 2. l. licitatio ff. de public. cap.

miramur 61. distin. c. dona 1. q. 7. Din. c. in iudi-  
cijs de reg. iur. 6. Ias. l. 1. n. 11. ff. de const. princ.  
quod intellige de dignitate, quæ personæ co-  
hæret, secus est de ea, quæ rei adhæret ut est  
Episcopalis, & simil. quæ continuantur in suc-  
cessorē Innocent. c. cū super de causa poss. &  
propr. cap. cum in officijs de testam. Doct. leg.  
cum hæredes sūt de acq. poss. Paul. leg. si sororis  
C. de iure deliber. Bertach. in tractat. de Episc.  
lib. 3. p. 1. q. 56. Guid. Decisio. 365.

## C O N C L .   X X X V I .

**98** D O N A T I O N I S reuocatioſ ſoluitur Morte  
non enim hæres donantis potest agere de in-  
gratitudine contra donatarium qua ipſe comi-  
ſit aduerſus donantē Fulgos. confi. 213. Doct.  
com. c. fin. de don. Bero. confi. 49. num. 16. vol.  
3. l. his ſolis C. de reuoc. don. l. fin. C. eod. tit.  
Ber. confi. 98. num. 4. vol. 1. Fallit quando con-  
ſtat de voluntate defuncti, qui voluerit reuoca-  
re Guid. decisio. 214. num. 2. Ripa l. fin. q. 63.  
num. 209. C. de reuoc. don. §. non autem iſt.  
de perpet. & temper. aet. Dixi ego in tract. de  
reg. iur. Reg. 8. ampl. 75. in fine, & ſuper. cōcl.  
§. item hæres reuocare non potest donationē  
ex beneficio l. ſi vñquam C. de reuoc. don. vt  
ibi Tyraq. in versi. ſuſcepertit num. 202. tunc  
enim prælumitur donationē tacite voluisse ra-  
tam manere, Host. in ſumma de don. §. qualiter :  
ſunt enim huiusmodi reuocationes per-  
ſonales nec ad hæredes quidem extendi po-  
ſunt. leg. ſi pater C. de inoffic. test. c. p. fin. de  
don.

don. Baldus l. i C. de inoffic. test. Salyc. l. si totas C. de inoffic. test. Corn. consi. 234. vol. 2. Item not. quod ingratisitudo prælati non nocet successori in rebus sibi donatis intuitu Ecclesiæ sed sibi ipsi tantum Quint. Mand. in tract. de ingratisitidine c. 117. Iacob Menoch. in 9. Rem. recuper. post. num. 121. Ripa l. fin. num. 175. C. de reuoc. don. & de concl. prædicta intellige si donans potuerit reuocare, & non fecit c. 1. §. item ubi Bal. tit. quib. mod. feu. am. Iohan. c. fi. de donat. cū gl. versic. placuit, & in add. ad Specul. tit. de feudo §. fin. idem est de ingratisitidine vasalli erga dominum Doct. com. dicta l. fi. C. de reuoc. don. Aluar. cap. 1. §. porro ut. quæ fuerit. prima causa ben. amitt. Salyc. l. omnimodo C. de adulterijs Doct. com. l. rei iudicatæ st. sol. matr. Alex. consi. 189. vol. 6. Aret. consi. 14. Ruin. consi. 159. volum. 1. Curt. in tract. feud. q. pen. 4. p. Comensis consi. 164. colu. 3. Ruin. d. consi. 159. consi. 155. num. 20. volu. 1. Baldus leg. imperialem §. insuper col. fin. tit. de prohib. feud. Alien. Paul. consi. 46. col. 2. vol. 1. Idem est in causa adulterij dissimulati, de quo hæredes mariti conqueri non possunt aduersus vxorem ad lucrandam dotem ut dixi super. concl. 5. conc. Baldus consi. 303. vol. 3. Signorol. consi. 50. Cardin. c. plerunque q. 2. de don. inter vir. & vxor. Salyc. l. fi. C. de adulter. Bald. l libertatem C. de adulter. Item not. quod si quis suo testam. legauerit quicquam pro maritada puella, si ea, viuēte testatore mati

tetur, extinguitur legatum, paul. consi. 214<sup>a</sup>  
volum. 1. Doct. leg. Lucius la prima ff. de l. 2;  
si tamen postea testator non mutauerit testa-  
mentum, debebitur ei legatum, ab hæredibus  
nōt. leg. si mater C. de inoffic. testam. Tyraq. di-  
cta leg. si vñquam versic. suisceperit num. 219.  
**C.** de reuoc. donat. & vide, quæ dicam infer.  
versic feudum, & in versic. ingratitudo.

Item donatio Iuris patronatus nisi confirme-  
tur viuente eo, qui donauit non pot. per Epi-  
scopum confirmari in pūcto ita concl. Lam-  
bert. de iure patron. lib. 1. 2. p. q. 1. Art. 17. nu.  
2. & sequen.

Item not. quod Mortis mentio in contractu  
facit in dubio præsumi donationē causa Mor-  
tis Corn. consi. 92. num. 1. volum. 1.

### C O N C L. X X X V I I .

101 ELIGENDI facultas soluitur Morte, † Bart. l.  
si seruus num. 1. ff. de verb. oblig. leg. si quis ar-  
bitratus eod. tit. leg. fin. C. de contr. empt. qđ  
dictum intelligitur quando talis facultas com-  
petit iure alterius, secus quando iure proprio  
habetur, tunc enim ad successores, & ad hære-  
des extenditur leg. illud ff. de opt. leg. fin. C.  
com. deleg. § optionis inst. deleg. Bart. leg. si sti-  
pulatus fuerim num. 5. ff. de verb. oblig.

### C O N C L. X X X V I I I .

102 E M P H Y T E V S I S caducitas soluitur † Mor-  
te non soluentis, & Morte Domini scientis, &  
non contradicentis, nec per hæredes Dominic  
talis declaratio fieri potest, nec cōtra hæredes  
emphy-

MORS OMNIA SOLVIT. P. II.

emphyteutæ agi potest; si tamē conueniantur, ob non solutionem ab ipsis factam succurruntur eis per restitutionis in integrum, ex clausula si qua mihi iusta causa, &c. Decisio Can. 3. tit. de loc. & cond. num. 2. Petrus de Benint. Decisio. 37. num. 17. Alex. leg. cum filius §. in hac num. 4. ff. de verb. oblig. Alex. consi. 71. nume. 4. vol. 1. Specul. tit. de loc. §. nunc. aliqua Din. cap. cum quis de reg. iuris 6. Baldus leg. ad diem ff. de verb. oblig. ignorantia fortissima causa est restitutionis in integrum, gloss. leg. Æmilius ff. de minor. gloss. leg. si partem §. 1. ff. quemadmodum seruit. amitt. gloss. leg. 1. C. de patr. pot. Specul. ritu. de præscr. §. 1. Angel. leg. fin. C. de præscr. Imol. cap. fin. eodem tit. Alex. consi. 84. num. 4. volum. 2. Fulgos. consi. 214. Felin. cap. vigilanti de præscr. Gozzad. consi. 56 num. 11. Cotn. 113. volum. 1. Alex. consi. 169 n. 10. volum. 2. Bart leg. 1. §. si aduersus num. 1. ff. quando appell. sit leg. 2. num. 17. C. de iute em phyt. Ruin. consi. 150. num. 13. volum. 2. Cæphalus consi. 24. num. 18. volum. 1. Decius cō fil. 58. consi. 164. idem Cæphalus consi. 66. nu. 19. ratio altera est quia pœna legalis re integra contra hæredes non transit Bart. leg. licet §. qđ autem ff. quod quisque iuris Alex. leg. eius ff. si cert. pet. Doct. com. leg. fin. C. de re uoc. don. dixi super. cōcl. 36. & dicam concl. seq. & not. quod emphyteusis finitur tribus modis pri- 104. mo propter culpam; † Secundo finito tem- pore, ad quod concessa fuit. Tertio ex iuncta

generat'one, cuius causa concessa fuit, rursus  
properet culpam finitur, deteriorando, alienan-  
do irquisito Domino, & non soluen do ca-  
nones debitos, ita Clarus in libro 4. senten.  
§.emphyt.q.42. & q.28.Corn.cōsi.76.vol.2.

## CONCL. XXXIX.

- 105** E M P T I O N I S contractus rescissio† soluitur  
Morte emptoris vel venditoris, non hæredes  
vni possunt remedio l. 2. C. de resc. vend. &  
hoc quando a principio sciebat rem esse illius  
valoris; item si testator apposuerit pretium,  
illudque taxauerit tunc, hæres nō potest agere  
remedio d l. 2. secus si testator simpliciter rem  
vendi iubeat not.l. Imperator. §. si cētum ff. de  
leg. 2. leg. si fideiussor § meminisse leg. si cui §.  
fin. ff de leg. 1. Cremen. Rubric. C. de resc ven-  
di. num. 28. vbi Pinellus p. 2. num. 19. Tyraq.  
in tractat. de viroque retractu in tit. de retr.  
lignagier. in fine, num. 9. ratio primi dicti est  
quia ex quo vendor, vel emptor sciuerunt ve-  
rum valorem rei decepti dici non possunt,  
scienti enim & consentienti non fit fraus, ne-  
que iniuria c. scienti de reg. iur. 6. l. 2. §. vi quis  
**106** ff. de iniurijs huius† aut opinionis sunt Doct.  
omnes dicta leg. 2. in princ. C. de resc. vend.  
Bart. num. 14. Baldus q.4. num. 7. Salye. q.  
7. num. 7. Fulgoſ. num. 11. Paulus leg. maio-  
ribus C. com. vtr. iud. Cremen. dicta leg. 2. nu.  
86. Cagnol. num. 124. Pinellus p. 1. num.  
10. Azo in summa C. de resc. vend. num. 1.  
Didac. lib. 2. var. resolut. c. 4. nu. 2. Afflict.  
tract.

MORS OMNIA SOLVIT. P. II. 113  
tractat. feud. lib. 3. num. 37. Boer. decis. 142.  
num. 3. Rom. consil. 475. num 4. Alex. consil.  
42. num. 5. volum. 1. consil. 127. volum.  
2. consil. 48. num. 4. volum. 4. Decius consil.  
583. colum. 1. Socin. Iun. consil. 73. vol.  
2. Paril. consil. 128. num. 36. volum. 1. Lo-  
fred. consil. feud. 23. Hyero. consil. 127. Barba-  
tia consil. 21. col. 3. vol. 4. August. Ber. c cum di-  
lecti num. 23. de emption. & vend. Tyraquell.  
tractat. de vtraque retr. tit. de retr. lignag. §.  
1. gl. 19. num. 14.

#### CONCL. XL.

107 EXCOMMUNICANDI Decretum † soluitur  
Morte; dixi super. concl. 30. Item excommu-  
nicatio soluiur Morte, vnde excommunicatis  
multis ciuibus, mortu's illis siij eorum non  
sunt excommunicati secundū com. opin. Bal.  
l. si grēge §. si ff. deleg. t. Bart. l. inter. stipulan-  
tem §. sacram ff. de verb. oblig. Ianoc. c. graue  
de sent. exc. Abb. c. aduersus eod. tit. Fel. c re-  
sponso num. 4. eod. tit. Quia excommunicas-  
tio fettur in animam delinquentis Decis 1. in  
antiq. de sent exc. & Decis. 15 eod. tit. Didacus  
lib. 2. var. resol. c. 8. num. 9 Ampl. etiam si sit he-  
res Rota De. iis. 338. in antiq. vnde ante exe-  
cutionem mandati ad excōmunicandum Mor-  
tuus non est excommunicatus Mars. l. fin. nu.  
40. ff. de quest. gl. c. mulieres de sent. excō. ina-  
ne enim est decretū quod in mortuum profer-  
tur l. si decesserit ff. q. satisd. cog. l. i. §. cū tripli-  
ci C. de cad. toll. l. quo loco §. si iā mortuo ff. de  
hæred.

108 hæred. inst. dixi super. concl. 30. ¶ Item not.  
quod excommunicatus dicitur mortuus ciui-  
liter Rayn. leg. omnes populi nu. 4. ff. de iust.  
iure, dixi super. in i.p.num. 98.

## C O N C L. X L I.

109 E X E C V T O R I S testamenti † officium sol-  
vitur Morte, Din.l. alimenta ff. de alim. & ci-  
bar. leg. nisi dictum esset quod ad hæredes trā  
seat, Doct. leg. à filio ff. eodem gloss. cap. fin. de  
testam. 6. Bart. leg. tutela ff. de tutelis Baldus l.  
2. §. sed eti. colum. 3. C. com. de leg. l. id. quod  
q. 8. leg. i. C. si quis rem minor. l. cuius ff. de cur.  
fūg. ampl. ut execatio commissa hæredi, non  
transseat ad hæredes hæredis, fallit nisi sit da-  
tus sub nomine dignitatis, nam tunc trāsit ad  
eius successorem l. a filio ff. de alim. & cib. leg.

## C O N C L. X L I I.

110 E X H A E R E D A N D I causa soluitur † Motte  
leg. Gallus § in omnibus ff. de liber. & posth.  
Iason. leg. illius num. 19. ff. eodem. Item filius  
defuncti non potest exhæredari propter deli-  
ctum patris leg. si quis in suo §. legis C. de inof-  
fic testam. conc. leg. 3. §. si emancipatus ff. de  
bon. poss. contra tab. Doct. comm. cap. non de-  
bet num. 1. de reg. iur. 6. Dixi ego in tractat. de  
reg. iur. Reg. 8. num. 94. Item. not. quod si pa-  
ter habuerit causam exhæredandi aliquem ex  
suis filijs, & non fecit, mortuo ipso non po-  
test agi per eius fratres, nec etiam per quen-  
quam contra delinquentem, quia per patrem  
intelligitur remissam esse iniuriam ex quo in  
vita

MORS OMNIA SOLVIT P. II. 115  
vita eius non est conquæstus , nec eum exha-  
redauit ut dixi super. concl. 36.

C O N C L . X L I I I .

III F E V D I caducitas soluitur Morte † vassalli,  
vel Domini , si in vita de ipsa nulla fuit facta  
quærela , Cassad. Decisio 2. num. 6. tit. de loc.  
cond. Doct. com. leg. fin. C. de reuoc. don. po-  
testas enim declarandi non transit ad hæredes  
Domini , nec datur contra hæredes vassalli gl. l.  
idem §. fin. ff. de rei vend. leg. inter §. 1. ff. de vet  
bo. oblig. Cassad. Decisio. 3. num. 2. tit. de loc.  
& cond. Alex. consi. 189. num. 3. volum. 6. gloss.  
leg. omnimodo C. de inoffic. testam. & hoc quā  
Dominus sciuit delictum vassalli , & tacuit , se-  
cūs si ignorasset , & verisimiliter de eo conque-  
stus esset Cinus l. fin. C. de reuoc. don. Baldus  
cap. 1. §. porrò tit. quæ fuer. prima causa ben. a-  
mitt. Baldus leg. 1. q. 39. ff. de rerum diuis. Sa-  
lyc. leg. fin C. de adulter. Campegg. tractat. de  
dote 3. p. q. 226. num. 2. cap. 1. §. 1. vers. concu-  
buerit , quibus modis feud. amitt. Baldus cap.  
1. §. domino si de feudo contr. fuer. Aluar. cap:  
primo §. porrò num. 3. tit. quæ sit causa ben. a-  
mitt. Marsi. leg. fin. num. 21. ff. de quæst. idem  
in Rubr. ff. de fideiussor. num. 342. Grammat.  
consi. 13. num. 36. in crimin. Tyraquell. leg. si  
ynquam versic. suscepereit nū. 215. C. de reuoc.  
donat. & dicto loco veſic. reuertatur nu. 300.  
conc. super. conclus. 30. & infer. versic. ingratia  
tudo , item not. quod in feudalibus non habet  
locū † statutū le mors laſit le vif. Comensis  
conſi.

consi. 173. Iason. consi. 152. vol. 4. Rubr. consi.  
121. Tyraq. in tract. le mors saisit 3. p. in 5. decla-  
rat. nu. 3. conc. cum hac concl. quæ dixi super.  
in concl. 22. & concl. 33. in terminis.

## CONCL. XL IIII.

113 FIDEICOMMISSVM soluitur † Morte  
nominati in eo viuo testatore, sciente, & non  
mutante testamentum l. tractabatur ff. de mil.  
test. Bart. l. 1. q. 12 ff. de vul. & pupill. l. si pater  
in 3. oppos. ff. eod. quod procedit in pupillari  
substitutione, fallit in fideicōmissō ad pias cau-  
fas Bal. l. eam quā q. 7. C. de fideic. Tyraq. tract.  
de priu. piæ causæ priuul. 76. Bertach. ver. fi-  
deicom. pium vers. 2. & verl. fideicōmissum ex-  
pirat vers. 8. nam fauore piæ cauæ licet non  
euenerit casus substitutionis, nihilominus le-

114 gatum debetur idem Tyraq. d. loco priu. 62.  
Dec. consi. 182. num. 7. consi 273. not. l. 2. ff. de  
man. test. Alex. consi. 209. num. 5. vol. 2. Rom.  
consi. 493. & auth. similiter in 30 speciali piæ  
causæ C. ad l. Fal. Decius consi. 273. nu. 1. Parif.  
consi. 74. num. 22. vol. 3. & hoc habui in facto;

115 Secūdo modo soluitur † fideicom. si hæres gra-  
uatus restituere hæreditatē moriatur ante adi-  
tā hæreditatē l. ille a quo §. si de testamen. ff. ad  
Trebell. hæreditas enim nō adita nō transmit-  
titur l. 1. §. in nouissimo C. de cad. toll. l. quo-  
niā C. de iure deliber. nisi essemus in casu, in  
quo hæreditas non adita trāmittatur bar. l. vē-  
tre ff. de acq. hæred. l. emācipata C. qui admitti;  
Secundo fallit si deceperit ante tempus datū  
ad de-

ad deliberandum intra quod transmittitur non adita ad quoscunq; gl. l. eam quam C. de 116 fideicom † Tertio fallit, quādo esset minor, quia transmittit restitutinnem in integrum ad quoscunque ex persona sua leg. Pantonius ff. de acq. hæred. leg. si infanti C. de iure de- liber, tunc hæres cogi potest adire, & restituere, Battol. leg. cum plures §. mente ff. loc. l. 2. §. idem ff. ne quid in loco publ. l. si minor. ff. de minor. l. si minoris ff. de admin. tutor.

Quarto fallit qñ decessit ante iuslū sibi factū 117 a iudice † vt adiret, nam tunc habetur perinde ac si hæreditas fuisset adita, & fideicommissum debetur a quocunque successore l. non iu- stam C. ad Trebell. Iason in termin. l. eam quā nu. 21. C. de fideic. Itē soluitur fideicōmissum per pactum si ex futuro euentu penderet Doct. com. l. i. C. de pact. gl. l. si ita §. si. sub cōditione ff. de l. 2. Guliem. c. Raynutiū vers. si abtque

118 liberis, num. 105. de test. † fallit hoc dictum quinque modis, de quibus vide Purpur. l. a. n. 9. C. de pact. Tertio modo soluitur per clausulam codicillarē non agnatum. Bart. l. 1. ff. de iu- re codic. Doct. i. fin. C. eod. Quarto fideicōmis- sum soluitur Morte ciuili, vt per ingressū Mo- nasterij. auth. nisi rogati C. ad Trebell. Bart. l. si ita §. 1. ff. de leg. 2. Alex. cōsi. 121. vol. 2. Fallit nisi testator dixerit, si decesserit sine liberis ex proprio corpore natis, tunc enim Monasteriū pro filio non habetur, nec facit deficere fidei- cōmissum gl. sing. c. Raynaldus de testā. Bal. l. si quis

si quis posthūmos ff. de liber. & posthu. p̄tēler  
 tim si dixerit sine filijs veris non putatiuis,  
 Doct. leg. Deo nobis C. de Episc. & Cleric. tūc  
 enim expresse dicitur monasterium excludum  
 Dec. cap. in p̄senta num. 25. de prob. consi.  
 259. colum. 2. Alciat. consi. 502. num. 4 Cum  
 leg. si ita §. is cuius ff. de leg. 2. Alexand. in apo  
 still. ad Bart. aūth. nisi C. ad Trebell. Durand.  
 tract. de arte test. tit. 5. cap. 18. num. 3. Didacūs  
 lib. 1. var. resolut. cap. 19. num. 8. Lupus in Ru  
 bric. de don. §. 47. num. 18. Cagnol. leg. 2. num.  
 120. q. 22. C. de pact. inter. empator. & venditor.  
 Ripa l. ex facto § si quis rogatus n. 9 ff. ad Tre  
 bellian. Dēcisio. Florent. lib. 10. num. 32. lib.  
 11. num. 256. Æmil. consi. 109. nu. 17. Boer. De  
 cisi. 354. num. 5. Franc. Marz. in tractat. de fi  
 deicomim. p. 2. q. 31. in termin. contrarium ta  
 men sentit. Aret. dicto cap. in p̄senta num.  
 64. vbi etiam Ber. num. 486. de prob. sed pri  
 ma opin. verior est; Quinto modo fideicomis  
 sum soluitur factum contemplatione ali  
 120. cuius infirmitatis. † quæ cestlavit, Bart. leg.  
 alumnæ ff. de adim. leg. facit ratio cap. cum ces  
 sante de appell. leg. adigere §. quamuis de iure  
 p̄atr. Sexto fideicomissum redditur caducū  
 si fideicommissarius præmoriatur hæredi, Ol  
 121. drad. consi. 131. Baldus l. † iubemus q. 4. ff. ad  
 Trebell. Alex. consi. 13. colum. 3. volum. 4. Se  
 ptimo fideicomissum soluitur Morte eius,  
 qui est in duodecimo gradu, vltra quem regu  
 latiter fideicomissum non extenditur, Deci  
 consi.

consi. 321. num. 2. Tiraquell. in tractat. de v-  
 traque retr. §. 1. gloss. 9. num. 24. Didacus var.  
 resol. lib. 3. cap. 5. vers. 5. ¶ Fallit quando verba  
 apponuntur usque in infinitum, Ripa leg. fi-  
 lius familias §. D:ui num. 112. ff. de leg. 1. Nat-  
 ta consil. 437. Tyraquell. dicto loco num. 95.  
 Port. consil. 40. num. 6. Durandus tit. de arte  
 test. tit. 8. cap. 2. num. 2. Marzar. dicto loco p. 2.  
 q. 14. Declara principalem conclus. procedere  
 in fideicommisso vniuersali, secus autem in par-  
 ticulari leg. ille a quo § si de testam. ff. ad Tre-  
 bellian. Angel. leg. in ratione §; tamen eius ff.  
 ad Falc. Octauo notat. quod fideicommissi  
 reuocatio propter ingratitudinem soluitur Mor-  
 te eius, qui poterat reuocare Bart. l. ex parte  
 ff. de adm. leg. Paulus leg. Iancimus C. de te-  
 stam. leg. fideicommissum C. de fideicom. leg.  
 inimicitiae ubi Bartol. ff. de his, quibus ut dis-  
 123<sup>gn</sup>; Battolus leg. cum tabulis §. quoniam  
 ff. eodem tit. nisi testator ignorasset ingratitu-  
 dinem sibi factam a legatario, seu fideicom-  
 missario; vel testamentum voluerit mutare, &  
 morte praeventus non potuerit tunc eo in ca-  
 su haeres poterit querelare de ipsa, ac fideicō  
 missum reuocare, Bartol. leg. 1: colum. 12 ff.  
 de vulg. item l. si pater in 3. oppos. ff. eodem di-  
 xi super. concl. 30. & concl. 43. concil. Doct. co-  
 mun. leg. fin. C. de reuoc. don. cap. fin. eodem  
 tit. Campegg. in tractat. de dote 3. p. q. 226. nu-  
 2. c. 1. §. 1. versic. concubuerit tit. quibus mod.  
 feud. amittat. Alex. consil. 189. num. 3. vol. 6.

Cassador. Decisio. 3. num. 2. tit. de loc. Addo  
Bertr. quomodo succedatur in fideicommis-  
sum consi. 105. vol. 7.

## CONCL. XLV.

- 124 FIDEIUS SIO** soluitur Morte, † vnde ha-  
res fideiussoris de euictione non tenetur, quā  
uis fideiussor teneatur, Aug. Ber. cap. si quis  
præbiter nu. 46. de reb. Eccl. non alien. Abb.  
consi. 90. col. 1. Item fideiussio soluitur Mor-  
te eius, pro quo quis fideiussit, Marsil. in tra-  
stat. de fideiussor. q. 20. num. 155. Item libera-  
tur fideiussor mortuo reo, Bart. l. si decesterit  
leg. si vero ff. qui satild. cog. Angel. leg. fanci-  
mus C. de fideiussor. Aretin. in tract. malefic.  
vers. pro quibus. Quarto fideiussio facta pro  
maleficio soluitur Morte fideiussoris, ita vt ta-  
lis fideiussio non transeat ad hæredes, nam
- 125** † quemadmodum Morte soluitur crimen, ita  
& fideiussio Doct. commun. leg. 1. C. ne ex deli-  
cto def. leg. iudiciorum ff. de accusat. gl. &  
Doct. §. fideiussor inst. de fideiussor. Angél.  
in tractat. Malefic. vers. pro quibus: dixi su-  
per. concl. 27. quod dictum verum est, quan-  
do fideiussio simpliciter facta est pro furto, vel  
alio delicto, secus si facta fuerit pro pœna, vt  
quia fideiussor promiserit pœnam centum, li-  
cet dicat pro furto, vel alio delicto, tunc pœ-  
nalis stipulatio transit ad hæredes, vel contra  
hæreditatem iacentē qñ sit pura obligatio, vel  
ad diem l. ad diē ff. de verb. oblig. secus si sit  
sub conditione, & nullam subsistentiā incipit  
habere

habere contra defunctum, quia stipulatio pœnalis non committitur cōtra hæreditatem iace-  
 126 tēm p̄t p̄sēt̄im cum tractatur de magno p̄e-  
 judicio, quod hæreditas habere nō potest l. si  
 seruus ff. de stipul. seru. l. si seruus ff. de diuers.  
 & tēpor. p̄scr. Doct. com. l. cū filius §. in hac  
 ff. de verb. obl. l. minor l. etiam ff. de minor. Bal.  
 c. 1. si val. Dom. seru. deb. Doct. l. 2. C. si aduers.  
 vend. Ang. §. fideiussor inst. de fideiussor. Mar  
 sil. dicto tract. de fidēiussor. q. 20. num. 161.  
 Quinto si quis promiserit pro aliquo quic-  
 quid posito calculo eū debere apparebit, si de-  
 bitor non dum declarato debito moriatur si-  
 deiussor liberatur, Paq. l. qui Romæ. § Auge-  
 riūs ff. de verb. oblig. ybi etiam Alex. Ias. l. pe-  
 tens C. de pact. col. 5. l. si cum filius §. pen. ff. de  
 don. Socin. consi. 24. col. 3. vol. 3. Sexto modo  
 127 tolluitur fideiussio per solutionē, per transla-  
 tionē instantiæ per causam nouam, inst. quibz  
 mod. toll. oblig. in princ. dixi ego in tract. de  
 Cōpens. p. 2. q. 4. nu. 1. & in tract. de reg. iuris  
 Reg. 4. nu. 40. Bertran. consi. 171. nu. 5. vol.  
 1. Fel. c. de causis nu. 3. de offic. deleg. Addo an-  
 fideiussio soluatur Morte. Cumān. l. in illa nu.  
 4. ff. de verb. obligat.

## CONCL. XLVI.

128 FORVM Mortui hæres. non p̄ tenetur se-  
 qui nisi instantiæ incepta erat contra defun-  
 ctū Fulgos. l. si is qui Romæ nu. 1. ff. de iudic.  
 not. Doct. comm. leg. hæres absens ff. eodem.  
 Rom. consi. 300. nu. 20. Baldus l. si seruus nu-

mer. 2. ff. de his qui not. infamia, vel nisi citus defunctus non fuerit, Curt. & Angel. dicta leg. hæres, Nichon. cap. quoniam contra num. 47. de probat. Innoc. & Anto. de Butr. cap. quia de iudic. not. l. si petitor. ff. de iudic. l. Ieruuus ff. de his, q. not. infam. l. i. C. si pend. appell. mors interuen. Angel. leg. tam ex contractibus ff. de iudic. cap. clericum i i. q. i. conuenitur tamen hæres eo in loco, vbi maior est pars hæreditatis, Not. Horat. Mandof. in addit. ad consi. 300. Remani num. 2. Galles. tractat. ad form. Cameræ oblig. p. 2. q. 2: dicam infer. versic. iudicium.

## CONCL. XLVII.

129 FRANCANDI pactum soluitur † Morte; unde si dictum sit liceat Sempronio talia fricare bona infra decem annos, & quandocunque eidem conductori placuerit, si mortuus fuerit Sempronius ad hæredes eius non transit talis facultas not. cap. si gratiosè de rescr. 6. quod patet ex illis verbis (eidem conductori placuerit) placitus enim Morte solvit nec ad hæredes successoris transit Bart. leg. si sic stipulatus ff. de verb. oblig. Gozzad. consi. 22. num. 7. not. leg. 4 ff. loc. Bart. leg. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Marsil. leg. fin. num. 4 i. ff. de quæst. Gem. cap. si delegatus de offic. deleg. 6. dixi super. concl. 16. Pactum enim per 130 sonale † non transgreditur personam leg. qui in futurum §. i. ff. de paet. Aug. Ber. consi. 115 num. 12. vol. 1, in term.

## CONCL.

## CONCL. XLVIII.

- 131 GABELLA solvi non debet pro Mortuo animali Bart. leg. cum de lanionis in princ. ff. de fundo instr. vnde dici solet animal Mortuum non esse animal; ex quo sequitur, quod ille, qui tenetur animal tradere, puta cappones non liberatur tradendo eos mortuos, Doct. com. leg. quod te ff. si cert. pet. Imol. leg. qui decem §. fin. ff. de sol. l. l. 1. §. vt cum etiam ff. si quadr. pauper. fec. dicatur, & statutum loqués de cōtumacē, & de bamnito non extenditur ad
- 132 Mortuum† Doct. leg. sororem ff. de his quibus ut indign. Mart. l. fin. nu. 42. ff. de quæst. Bellamera cap. ex parte num. 16. de arbitr. leg. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper. l. contumaciam §. 1. ff. de re iud. leg. contra §. is qui ff. eodem tit. & habens represalias contra Perusinum non potest capere mortuum Perusinum Baldus leg. cum C. de sepulcr. viol. & in tract. stat versic. Pœnam col. 9.

## CONCL. XLIX.

- 133 GRATIA soluitur Morte† cap. si gratio se de rescr. 6. Gozzad. consl. 22. num. 8. procedit hoc re integra, etiam ante litem contestatam leg. si defunctus ff. de procur. cap. relatū de offic. deleg. Cardin. cap. quoniam Abbas q. 6. eodem tit. Guido decis. 119. & q. 191. Alex. consl. 128. volum. 6. not. cap. priuilegiū de reg. iuris 6. vnde priuilegium concessum filijs fauore parentum, vel vxoribus fauore matitorum cessat illis mortuis Cin. & Baldus l.

124 SEB. MED. TRACT. M  
fin. C. de iniurijs, gloss. leg. medicos C. de  
professi. & medic. lib. 10. leg. architros C. de  
metat. & epid. lib. 12. leg. illud. C. de Episc. &

134 Cleric. leg. si tibi §. pactum leg. hæredi ff. de  
paqt. leg. fin. ff. de iniur. Baldus leg. prima C. si  
rector. Prouinciaæ leg. Senator ff. de titu nupt.  
1. Titia §. ylutas ff. de legat. 2. Baldus l. secunda  
C. qui ad libert. peruen. non possunt Ange  
lus consi. 97. Dec. consi. 456. num. 12. l. in om-  
nibus ff. de reg. iur. Abb. cap. super litteris col.  
6. vbi Aug. Ber. de rescr. leg. generaliter C. de  
Episc. & Cler. c. suggestu de decim. idem est de

135 immunitate leg. semper §. negotiatores † ff de  
iure immunit. not. c. decet de reg. iuris 6. qua in  
re ita distingue; aut priuilegium parentum co-  
ceditur filijs ea ratione, ne de honestetur di-  
gnitas ipsorum parentum, & tunc cessat mor-  
tuis parentibus, aut ea tantu ratione, qđ sunt  
filij, & tunc non cessat; item aut priuilegium  
conceditur parentibus ratione dignitatis inna-  
tæ, & tunc extenditur etiam ad filios post Mor-  
tem patris l. feminę ff. de senator. quo casu vxo-  
res maritorum quandiu manent in viduitate

136 vtuntur priuilegijs † maritorū l. filij §. vidua  
ff. ad municip. si vero datur priuilegium ra-  
tione officij publici tunc non competit liberis  
post Mortem parentum, not. Baldus l. cum te  
C. de nup. c. is qui §. mulier de sepult. 6. Ty-  
raq in tract. de nob. cap. 17. num. 5. not. l. in fi-  
lij C. de decur. lib. 10

MORS OMNIA SOLVIT. P. II. 123  
CONCL. L.

137 HABITATIO soluitur Morte, † nec proprietatem habet, qui habitationem habuit legando, dominij vendicationem excludit. habitatio C. de vſuſt. & vſu, & hab. conc. l. si habitatio ff. de vſu, & hab. l. pen ff. de cap. dimin. Sed contra facit §. sed si cui inst. de vſu, & hab. vbi qui habitationem haber quasi ius propriū quoddam habere dicitur, vnde conductor dominus nō solum in ea degere, verum etiam alijs locare potest; Resp. quod si ius quasi propriū habet utique dominū proprię nō habet, quia dictio quasi impropriatę significat l. si quis dolo l. 3. ff. ad l. Cora. de ſicat. l. 2. ff. de vſu, & earum rerum, quæ conſum. l. si quis non ft. de 138 acq. hæred. declaratur hæc concl. † in morte naturali, ſecus in ciuii, & in hoc differt, ab usufructu, qui soluitur ēt morte ciuili §. finitur inst. de vſuſt. vt dicam inſer. verſic. vſuſtu.

CONCL. LI.

139 HÆR E S hæredis nō dicitur hæres † defuncti vnde nomen hæredis soluitur Morte, quod dictum procedit quando cauſa immediata ſequi debet, nam hæredis nomen regulariter uſque in infinitum extenditur, & censetur ſemper eadem persona cum defuncto §. 1. auth. de iure iur. l. postulante ff. ad Senat. conf. Trebel. l. hæredem ff. de reg. iur. Paulus conf. 197. nu. 140 † 2. volum. 2. Sed quia per fictionem dicitur non vere, & proprie Gemin. cap. 2. num. 10. de iur. cal. 6. Socinus conf. 60. num. 18. volum. 1.

**S E B. M E D. T R A C T.**

- in his, quæ strictim interpretantur non ita di-  
cendum est Socin. consi. 24. num. 12. volu[n]t. 3.  
quo sequitur vera dicta concl. propter mediā  
personam, quæ tollit habilitatem extremerū,  
aliás eslet copulate, & coniugere plures fictio-  
nes, quod fieri nō potest l. 1. C. de dot. prom.  
Decius leg. hæredem ff. de reg. iuris; vnde pri-  
141 uilegium concessum hæredi † de primo intel-  
ligitur Bart. leg. 1. colu. 2. ff. de const. princ. l.  
antiquitas C. de vſutr. Fel. cap. 2. colum. 2. de  
142 tregua, & pace; † Secundo pœna adiecta hæ-  
redi per testatorem, vt aliquid agat debet de  
primo hærede intelligi, Bart. leg. multa ff. de  
cond. & dem. l. fin. q. 22. C. de hæred. inst. Dec.  
leg. qui per successionem ff. de regul. iuris Ter-  
tio prohibitio facta per testatorem hæredi in-  
telligi debet de primo hærede §. Manifestum  
Auth. de restit. fideicomm. Alber. leg. fin. C.  
143 de rebus Eccl. non alien. † quæ dicta proce-  
dunt in materia stricti iuris leg. stipulatio ista  
§. 1. ff. de verb. oblig. in qua materia verba per  
prius intelligi debent, non autē per posterius,  
nam in cōtrariū regula est hæredem hæredis,  
esse hæredem testatoris, Tyraq. tract. le mors  
saisit p. 2. Declar. 5. num. 10. dixi ego in tract.  
144 de regul. iur. † Reg. 4. num. 46. Item decla-  
nisi aliter de mente testantis appareat.

**C O N C L. L I I.**

- 145 **H**omo Mortuus non est homo; † sed di-  
citur cadauer; caret enim essentia, vel eius for-  
ma, quæ ei dat esse, prout est anima c. Moyses

32. q. 2. cap. in quadam de celebr. miss. Clem. vnica. de summa Trin. & fide cath. c. in summa 23. q. 2. c. si episcopus de hæreticis cap. quo runderam 23. distin. cap. neque 88. distin. cap. a nobis de sent. excom. Bart. leg. promissor la seconda ff. de const. pec. Doct. commun. leg. i. C. si reus, vel accus. mort. fuer. Angel. §. publica num. 3. inst. de act. Mars. leg. i. num. 36. ff. do quæst. dixi ego in tractat de reg. iur. Reg. 6. ampl. 46. Gomes. §. supereft instit. de act. num. 19. Igneus leg. i. §. si manus nu. 39. ff. ad Sillati. Spec. in tit. de accusat. §. i. num. 33. Rom. sing. 436. Bellamera cap. ex parte nu. 16. de arbitr. Angel. leg. nam Demosthenes num. 3. ff. de legibus cap. licet 32. q. 6. not Doct. com. leg. i. C. ne ex delicto defuncti dixi super. cōcl. 27.

## CONCL. LIII.

- 146 HONORES, † & munera Morte soluntur leg. i. & tot. titul. C. de muneribus & hon. non contin. inter patr. & filium, quod intellige non de patrimonialibus muneribus, sed personalibus, vel mixtis excipitur De curionatus, qui quamuis honor sit, tamen ab alijs vacationem non præstat leg. a decurionatu ff. de vac. exc. mune. denegatur etiam continua<sup>tio</sup> honorum, & munera inter patrem & filium, quæ sumptibus proprijs expenduntur, quæ autem impendijs tantum alienis so-  
147 lo† ministerio præstito peraguntur, vt munus legationis continuationem non impediūt i. filio ff. de leg. Azo. in summa. C. de muner. &

honor. num. 3. Doct. com. cap. si gratos è de re  
scr. 6. cap. priuilegium cap. decet de reg. iur. 6.  
Doct. l. fin. C. de iniur. js. 2. C. qui ad liberi.  
peruen. non poss. Decius consi. 456. num. 12.  
Dixi super. concl. 49. latè dicam infer. versic.  
priuilegium.

## CONCL. LIII I.

- 148 INFAMIA soluitur Morte; † adhæret. n.  
personæ, & lequitur eā sicuti lepra leprosum;  
Bart. leg. ea ff. de postul. glof. & Fel. c. testimo  
nium versic. eadem de testibus Doct. com. l. 1.  
C. de summa Trin. & fid. Cath. nō enim sequi  
tur pater, repellebatur a testimonio ergo etiam  
filius, Bal. l. 1. § fin. ff. de req. reis, remanet ta  
men apud infamem extincta infamiae causa  
gl. c. cōstituit, versic. qui ex iudeis 17. q. 4. Mar  
fil. sing. 107. Rom. sing. 72. Doct. c. cum sit de  
iudeis Fel. c. eam te de rescr. Hyppol. sing. 179.  
149 & not. † quod infamia est leſæ dignitatis sta  
tus moribūs, & legibus reprobatus, Bart. l. 1.  
C. ex quibus cauf. infam. irrog. idē l. 1. ff. eod. l.  
cognitionū §. existimat ff. de var. & ext. cogn.  
Secundo not. quod duplex est infamia, alia fa  
eti, vt quando irrogatur absque ministerio ju  
dicis l. ea, qæ C. ex quibus cauf. infam. irro. l.  
verbum l. interlocutio ff. eod. alia est iuris, quæ  
irrogatur aut ipso iure aut ministerio iudicis,  
150 † Azo in summa C. de his qui not. infamia  
nu. 3. lat. §. sic itaque nu. 20. inst. de a&t. Abb. c.  
testimonium de testibus gl. c. infamis 6. q. 1. lat.  
l. cūctos populos in 2. lect. C. de summa Trin.

&amp; Fide

& Fide Cath. Din. c. infamibus de reg. iur. 6.

Tertio not. quod infamia probatur multis modis; Primo per testes bona famæ Specul. in tit. de inquisit. §. 3. vers. quid si ille, etiam si essent

511 testes† de auditu, Baldus l. i. q. 8. C. de testib.

Innoc c. cum. oportet de accusat. secundo quādo quis exer. et ludos prohibitos l. i. & seq. de aleis, & aleat. Tertio qui ha. eticos receperat Specul. in tit. de teste §. 1. vers quid de deportantibus. Quarto not. quod infamis di-

152 citur† mortuus ciuiliter, ideo repellitur a dignitate, a testimonio, & ab alijs actibus ciuibus, & legitimis Doct commun. cap. infamibus de regul. iuris 6. Doct. com. cap. testimonium de testibus.

### CONCL. LV

153 IN GRATITVD O soluitur† Morte, tam donantis quam etiam donatarij, vnde ius reuocandi donationem nō transmittitur ad hæ redes donatris, neque contra hæ redes donatarij c. fi. de don. l. fi. vbi Doct. com. C. eod. tit. ratio est quia hoc ius competit ob iniuriam sibi illatam que morte soluitur, sicuti actio iniuria- ram l. iniuriarum ff. de iniurijs l. si eum §. qui in iniuriarum ff. si quis caut. actio enim talis non rei, sed vindictæ prosecutione continet l.

154 cū emācipatus §. emācipatus † ff. de col. bon. conc. quę dixi sup. cōcl. 5. & lōc. 36. cōcl. 42. & seq. Rip. l. fi. q. 70. n. 236. C. de reu. dō. l. his sol. C. eod. tit. dixi ego late ī tract. de reg iur. reg. 8. n. 106. & not. c. nō. dēt de reg. iur. 6. c. quāuis de sent.

de sent, & re iud. leg. saepe ff. eodem tir. non  
 enim actio iniuriarum est in bonis nostris an-  
 te litem contestatam; ideo distinguendo ita di-  
 cas, aut hæres donantis agit contra donatariū,  
**¶** **¶** **¶** aut donans contra hæredes donatarij Pri-  
 mo casu, aut egit primo contra donatarium,  
 aut non. Si egit contra ipsum, & contra hæ-  
 redes prosequi poterit, nisi tunc lis cum eo fi-  
 nita fuerit Ripa d.l. fin. q. 61. si uero non ege-  
 rit prius, tunt aut vult agere ex capite ingratia-  
 tudinis, aut vero violatæ fidei, primo casu nō  
 poterit, secundo autem bene poterit, quia ob  
 non impleta promissa agi potest contra hære-  
 des, ita dicit Ripa d. leg. fin. q. 70. num. 236.  
 qui testatur de communij; Rursus aliter distin-  
 guendo dicas, aut donans habuit notitiam in-  
 gratitudinis, aut non. Primo casu, aut potuit  
 reuocare in vita, aut non, si potuit & non fe-  
 cit, contra hæredes agere non poterit, si vero  
 ignorauerit, vel non potuit, contra hæredes  
 agere quidem poterit, Aluar. c. 1. quibus mo-  
 dis feud. amitt. vnde curator non potest quæ-  
 rere de ingratidine, nisi in casu, quo donator  
 ante furorem potuisset, si voluisse, Ripa d.l.  
 fin. q. 68. num. 229. Tertio, & ylt. ita distin-  
 guendum est aut sumus in casu, in quo quis  
 dicitur priuari ipso iure, aut non; Primo ca-  
 su, hæres instare poterit, vt donatarius priue-  
 tur donatione, Doct. commun. c. fin. de don.  
 Secundo antem casu vbi requiritur factum ho-  
 minis, vel sententia declaratoria, ante decla-  
 rationem

MORS OMNIA SOLVIT. P. II. 131

rationem non transit ius reuocandi ad hæredes, Bart. leg. eius qui ff. de iure fisci, Bal-  
156 dus l. 1. C. ne ex del. def. † nisi essemus in do-  
natione ob causam quæ nullo modo reuocari  
potest, Ripa d.leg. fin. q. 43. Iul. Clar. §. dona-  
tio q. 21. Secundo fallit in donatione Ecclesiæ  
quæ ob ingratitudinem prælati, neque capi-  
tuli non potest reuocari Ripa lib. 2. Resp. con-  
sil. 28. num. 20. d. l. fin. q. 20. Doct. comm. cap.  
verum de cond. appos. vbi Abb. num. 3. con-  
157 trarium tener, † Clarus §. donatio q. 21. nu-  
mer. 4. conc. cum hac concl. Angel. leg. his so-  
lis C. de reuoc. don. l. omnimodo C. de inoffic.  
testa. Doct. leg. 1. C. de inoffic. don. Pau-  
lus leg. 2. §. si voluntarie ff. solut. matrim. Do-  
cto. cap. 1. §. 1. versi. concubuerit tit. quib. mo-  
dis feud. amitt. Rom. sing. 489. Decius consil.  
466. num. 8. Curt consil. 76. num. 3. Baldus  
cap. 1. q. 4. num. 7. quibus modis feud. amitt.  
vbi Afflict. num. 41. Tyraq. in tractat de vtroq.  
retr. §. 1. gloss. 2. §. 15. num. 14. Cum. consil. 161.  
Ruin. consil. 42. num. 14. volum. 4. Afflict de-  
cis. 265. num. 86. Cum. consil. 165. num. 5. Bal-  
dus consil. 250. num. 3. volum. 2. Socin. consil.  
87. num. 16. volum. 3. Quintil. Mandos. tra-  
158 stat. de † ingratitudine cap. 62. & sequen. Ex  
quibus colligitur, quod etiam iniuria toluitur  
Morte.

CONCL. LV I.

159 IRREGULARITAS soluitur † Morte;  
vnde clericus percutiens cadauer, amputans  
ei ca-

ei caput in irregularitatem non incidit, Archdiac. c. fi. 16. q. i. c. fi. 25. q. 5. conc. simile Pontanus l. 4. §. cato nu. 59. fl. de verb. oblig. Ang. leg. sepulchri fl. de sepulchro viol. not. c. is qui. de sent. exc. 6. c. fin. 16. q. i. Marsil. l. fin. nu. 25. fl. de quæst. Baldus l. i. col. 7. C. qui accus. non poss. l. sororem C. de his, quibus ut in dign. conc. super. concl. 52

## C O N C L. L V I I .

160 I U D I C I V M soluitur Morte † leg. ex iudiciorum ff. de accusatio. quando agitur criminaliter, & principaliter ad pœnam afflictionem corporis, fecus, si quæstio erat super bonis, quia tunc quavis reus sit mortuus, tamen adhuc quæstio durat super bonis l. fi. C. si reus, vel accus. mort. fuer. l. 3 C. si péd. appell. Mots interu. & agitur contra hæredem quatenus ex illis bonis factus est locuple: ior, Doct. commun. leg. 1. C. ne ex delicto defuncti. Bart. l. 1. ff. de priua. delictis, gl. §. per contrariū inst. de hæred. que ab intest. defer. conc. cum hac cōcl. super. conclus. 2. & conclus. 27. & conclus. 32. & hoc quo ad iudicium criminale, iudiciū

161 aut civile soluitur † multis modis, de quibus super. concl. 31. not. l. iudiciū soluitur ff. de iudicijs l. Mortuo iudice ff. de iudicijs leg. Amplius ff. rem ratam habet, Doct. commun. leg. 2. C. qui testam. fac. poss. c. quorundā 23. dicitur Angelus in tractat. malefic. vers. Dominus num. 41. Decius l. pupillum §. in hære des nu. 3. ff. de reg. iur. Bellam, c. ex parte n. 17

MORS OMNIA SOLVIT. P. II.

133

de arbitr. Dec. & Doct. com. l. Imperium nu. 16  
ff. de iurid. omn. iud. Abb. c. Ecclesia num. 23  
de const. Adde quando Mors utriusque litigā  
tis, vel auctoris tantū extinguat lité Lancel. tra  
ctat. de attent. 2. p. cap. 4. in præf. num. 263. &  
sequen.

CONCL. LVIII.

- 162 IVRAMENTVM soluitur Morte † iuratis  
vnde non obligat hæredem in foro ecclesiastico  
Doct. com. c. veritatis de iure iurado Ruin.  
consi. 71 num. 75. vol. 3. vbi dicit quod iuramē  
tum super contractū nullo non firmat contra  
ctum, sed obligat iurantem Deo ad obseruan  
tiā, hæres tamen potest contrauenire sine me  
tu periurij etiam absolutione nō obtenta: quia  
iuramentū personale est, & nō transit ad hære  
des' nec eū obligat ad obseruantia, si vero esset  
super contractū valido, obligatio transit ad hæ  
redes, non quoad vinculū periurij, sed quoad  
163. efficaciam, † conc. idem Ruin. consi. 20. nu. 2  
vol. 4. Rol. consi. 17. nu. 15. vol. 1. gl. in summa  
24. q. 3. Iohan. Andr. c. fi. de sepult. Rom. sing.  
23. 2. Bauer. in tractat. de iuram. vers. 8. col. 3.  
Baldus l. cum quis §. codicilli ff. de leg. 3. Af  
flictus Decisio. 38 r. Alb. consi. 77. num 18. leg.  
Generaliter C. de reb. cred. Corn. cōsi. 27. col.  
4. vol. 4. Dec. consi. 203 Paris. consi. 64. num.  
93. volum. 1. Soccin. consi. 115. vol. 1. Corn. cōsi.  
72. vol. 3. Paulus leg. fallus ff. de plus pet not.  
l. nā pena §. fi. ff. de iur. iur. §. 1. auth. de iure  
iur Bal. l. 2. ff. cod. tit. docto, leg. si quis maior.

C. de

C. de transact. Paris. consi. 56. num. 66. volum.  
 1. consi 75. num. 22. volum. 3. Doct. cap. 1. quā-  
 uis cap. cum contingat de iure iur. ampl. etiam  
 si hæres esset, pater, vel filius: vxor, vel mari-  
 tus: seruus, vel dominus. Item ampl. in dispo-  
 sitione contra iuris formam corroborata iura-  
 164 mento, contra quod † vniuersitas venire po-  
 test August. Ber. consi. 92. num. 1. & seq. volu-  
 1. Tertio ampl. vt hæres ratione iuramenti p̄f-  
 stiti per defunctum non possit conueniri in fo-  
 ro ecclesiastico, Doct. cap. fin. de foro comp. de  
 com. attestatur, August. Ber. dicto consi. 92.  
 nu. 18. Bart. l. cum quis §. codicillis ff. del. 5. l.  
 cum pater §. filius ff. deleg. 2. Bal. leg. 2. C. de  
 fruct. in lit. exp. Quarto ampl. etiam si esse-  
 mus in donatione facta per defunctum Iohā.  
 156 Corral. leg. frater a fratre † num. 76. ff. de cō-  
 d. indeb. Thom. Parpalia leg. si quis maior q.  
 §. num. 93. C. de trāfact. vbi dicit quod quem-  
 admodum iuramentum non trahitur ad res  
 futuras, ita nec etiam ad personas, dicto lo-  
 co num. 43. doct. com. leg. qui superstitis ff.  
 de acq. hæred. Francus cap. quamuis de paet.  
Trigesimo filius in locum parris mortui suc-  
cedit l. fin. C. de impub §. fina. inst. de patr. pot.  
45 Cēph. consi. 134. num. 8. Fel. cap. afferte † col.  
2. de præf. est enim filius pars corporis patris l.  
cum scimus §. fin C. de agr. & cens. lib. 11. Ty-  
raq. l. si vñquam in princ. num. 15. C. de reuoc.  
don. vnde in fideicomisum succedit in locum  
parris; & in omne ius, quod regulariter tran-  
sterrit ad suos gl. l. cum ita §. in fideicommis-  
46 so † ff. de leg. 2. Alex. conf. 26. lib. 3. Socc. conf.  
§ 1. num. 19. vol. 4. Ias. conf. 215. volu. 2. Bertr.  
confil. 256. volu. 3. Ruin. cōf. 12. num. 14. vol. 1.  
com. dicit Crau. conf. 67. num. 5. Dec. confil.  
79. Gozza. conf. 4. num. 16. Paril. conf. 76. num.  
6. volu. 2. Cor. confil. 102. volu. 2. Duran. in ti-  
tulo de art. test. Artic. 5. caut. 27. §. cum filius

inst. de hēred. qual. & differ. vnde stante statu-

47 to † quod nemo habeat officium in ciuitate,  
nisi habeat centum pro æstimo, si filius non ha-  
beat æstimū satis est quod pater habeat adhoc  
ut filius admittatur ad officium glo. l. 2. C. qui  
ætat. lib. 10. Ampl. etiam si seorsum habitarēt,  
Bald. l. prætor §. sed si ff. de æd. add. ad Barto. l.  
fin. num. 3. C. de impub. gl. & doct. d. l. cum sci-  
mus C. de agric. & cens. lib. 11.

Trigesimoprimo Mortuo Monaco non expi-  
48 rat † substitutio, nec fideicommissum, quia il-  
lud habetur loco filij glo. auth. nisi rogati C.  
ad Trebell. gl. & Bart. l. si ita §. ea lege ft. de ver-  
bor. oblig. Cephal. cons. 62. num. 51. Nicholaus  
de Vbald. in tract. de success. ab intest. q. 2. nu.  
6. Alex. l. vtrum ff. de verb. oblig. Afflict. decis.  
320. num 9. cap. si qua §. nunc autem 19. q. vlt.  
Doct. com. auth. ingressi C. de Sacr. Sanct. Ec-  
cl. Aug. Ber. cap. in præsentia num. 260. de pro-  
49 bat. † Fallit hoc dictum quādo testator expres-  
sit quod Monachus non succedat, Dec. d. cap.  
in præsentia num. 58. consil. 259. col. 2. Alc. consil.  
502. num. 4. Cum. l. si ita §. is cui ff. de leg. 2. Di-  
dacus. lib. 1. var. ref. cap. 19. num. 18. Lup. Rubr.  
de don. int. v. r. & vx. §. 47. num. 3. Cagnol. l. 2.  
num. 122. C. de pact. inter. empt. & vend. Ri-  
pa. l. ex facto §. si quis rogatus nu. 9. ff. ad Tre-  
bell. Æmil. consil. 109. num. 17. Secundo fallit  
quando Monasterium est incapax bonorum,  
ut dixi super. in 1. p. Tertio fallit in successione  
feudi, & hoc quando monasterium commodè

MORS OMNIA SOLVIT. P. III. 215

50 præstare non potest seruitum debitum † Afflīct. Decisio. 320. in term. Capic. Decis. 10. nu. 10. vbi dicit hac esse com.conc. Afflīct. Decisi. 83. num. 14. vbi dicitur quod monasterium dicatur filius factus Boer. Decisio. 354. num. 4.

Trigesimosecundo seruitus realis non soluitur Morte, sed transit ad successorem, etiam 51 singularem, † Doct.com. l.cum fundo ff.de seru.rust.præd. Din.l.fin.ff.de nou.oper.nunc. Florian.l.vt pomum ff.de seru. Angel.l.fluminum §.adijcitur ff.de damno infecto, Bar. l.si sub vna §. i. ff.de verb.obligat. Alex.l.stipulatio ista §. hi qui ff.de verb.oblig. gl.l. 3. §. opus ff.de alie.iud. mut.causa fact.

Trigesimotertio successor in ius defuncti eo iure, quo ille vti debet cap.is qui de reg.iur. 6. 52 † l. qui in ius ff.eod.tit. Doct.l.quædam § nihil ff.de ædendo Ias. l. ait prætor num. 5. ff.de iure iur. Alex.consil. 12. num. 8. vol. 4 non enim melioris conditionis successor est quam sit auctor l.nemo plus l.in omnibus ff.de reg. iur. quod intellige in iure reali, quo casu actio iniuriarū

53 transit ad hæredes † quando continet rei persequutionem Din.d.cap.is qui num. 12. l.iniuriarum ff.de iniur. leg. pœnales ff.ad l.Falc. §. sed hæredibus inst.de perpet. & tempor.act.l. fin. ff.de naut.fœn.l. 1. ff.de priu.del.gl.l.fin.C. de hæred. vel act.vend.l.si eum §. qui iniuriarū

54 ff.si quis caut.conc.l.hæredem † ff.de reg. iur. ibi hæredem eiudem esse potestatis iurisque, cuius fuit defunctus constat l. hæres ff.de acq.

hæred. l. cum hæredes ff. de acq. poss. Cagn. l. 2:  
num. 45. C. de pact. inter empt. & vend.

55 Trigesimoquarto † Mors inimicitiam nō tol-  
lit, vnde sepulchra hostium defunctorum de  
iure ciuili violari poslunt Mars. l. fina. nume-  
53. ff. de quæst. Doct. l. sepulchra ff. de sepul-  
chro viol.

Trigesimoquinto Mortuo priuilegium dati  
potest, vt ille, qui viuus in ciuitate permanere  
non potuit in eam mortuus inferatur Dec. l.  
Neratius num. 3. ff. de reg. iur.

56 Trigesimoexto Mortuus absolui potest † ab  
excommunicatione glo. cap. à nobis il seconde  
de sent. exc. Cagnol. d. l. Neratius nume. 2. &  
h. quando apparet viuum iniustè fuisse ex-  
communicatū gl. summæ 34. q. 2. cap. fin. ead.  
q. Iohan. de lign. in tracta. de cens. Eccl. §. 26.

57 q. 35. num. 21. sicuti e contra post Mortem †  
quis excommunicari potest gl. cap. ad hæc de  
priuil. Hentric. Boic. cap. à nobis nu. 17. de sent.  
exc. & ad funus ducendo Mortuum excom-  
municatum incidit quis in excommunicatio-  
nē c. sacris de sepult. † vbi Abb. & c. cū ad Mo-  
nasteriū de itat. Monach. in princ. c. is cui. §. ta-  
lis de sent. exc. 6. Mars. l. fin. nu. 43. ff. de quæst.

Trigesimo septimo vbi quis viuus manere nō  
potest, nec etiā Mortuus sepeliri poterit Dec.  
59 l. si is qui num. 10. C. qui test. fac. poss. † Bart. l.  
2. ff. de cadauer. p. un. Mars. d. l. fin. nu. 26. ff. de  
quæst. Butigella in add. ad Gandin. in praxi.  
malef. Rubr. de ban. in princ. num. 2. Nell. in  
tract.

tract. bannit. p. 2. temp. 3. q. 2. Doct. cap. cum ad  
Monasterium de stat. Monach. c. i. de torneam.  
c. super eo de raptor. d. c. is cui §. talis de sent.  
exc. 6. Dom. c. omnis de pœn. & remiss. gl. c. ex  
parte de sepult. Anch. Clemen. i. de pœn. & re-  
miss. ossa tamen ipsorum, † qui in vrbe sepel-  
liri nō possunt afferri poterunt ad ciuitatem,  
quia aliud est cadauer, aliud ossa l. 2. §. prætor  
l. ossa l. liberum ff. de relig. & sumpt. fun.

Trigesimo octavo Mortuo iniuria quandoq;  
inferri potest gl. l. sororem ff. de his, quib. vt in  
61 dign. Bar. l. penul. ff. eod. tit. §. i. inst. † quib. ex  
caus. man. non licet §. que vero in fine auth. de  
nupt. Dec. l. si is nu. 12. C. qui test. fac. poss. not.  
l. fin. ff. de publ. iudic. l. fin. ff. de vi publ. l. nemo  
C. de infam. Salyc. l. sororem num. 4. C. de his  
quibus, vt in dign. Flor. l. binas ff. de seru. rust.  
præd. Dec. l. pupillum. §. in hæredem num. 3. ff.  
de regul. iur. not. l. i. ff. de adim. leg. Salyc. l. i.  
C. de sec. nupt. vnde quis efficitur indignus cō  
cubens cum vxore defuncti l. fideicommissum  
62 C. de his quibus † vt in dign. Anan. capit. i.  
de malef. Bart. l. i. ff. de his, quibus vt in dign.  
Bald. consil. 408. vol. i. Bart. l. licitatio. §. quod il  
licitè ff. de publ. & vect. Doct. l. 4. §. Cato ff. de  
verb. oblig. Alex. l. sororem C. de his, quib. vt  
in dign. gl. & Paul. l. fideicommissa C. de fidei-  
comm. l. penult. C. de adulter.

Trigesimonono stante statuto quod quis im-  
punè spoliare possit bannitum non habet lo-  
cum in Mortuo bannito Bald. d. l. sororē, Ros-

- 63 ma.l. gerit ff. de acq. hered. † nisi eodem actu,  
quo perficitur etiam spolietur, quiaſea, que in  
continenti fiunt censentur in eſte Marſ. l. fina.  
num. 31. ff. de queſt. dixi ego latè in tract. de re=‐  
gul. iur.. Reg. 5. Ampl. 165.
- 64 Quadrageſimo mors non soluit † crimen he‐‐  
refis gl. cap. in ſumma 24. q. 2. cap. fin. eadem q.  
Secundo nec crimen apostatię l. apostatarum  
C. de apostatis. Tertio nec crimen leſe maiest.  
l. meminifle l. fin. C. ad l. Iul maiest. l. ex iudi‐‐  
ciorū ff. de accuſat. & hoc quando contra Prin‐‐  
cipem facta eſt conſpiratio, † alioquin Morte  
accuſatio, & poena perimitur l. fin. ff. ad l. Iul.  
Maiest. Quarto Moriens in notorio crimine  
condemnatur cap. neque 87. diſtinct. Quinto  
crimen per duellionnis Morte non soluitur, &  
repetundarum l. ex hoc iudicio ff. de accuſat.  
Sexto crimeu peculatus Morte non soluitur l.
- 66 vlt. † ff. ad l. Iul. pecul. Fel. cap. si quis Episco‐‐  
pus num. 3. de heret. Imol. cap. quoniam vt lite  
non cont. l. defuncto ff. de public. iud. gl. § per  
contrarium inſt. de hered. qual. & diſter. Parſil.  
conſil. 155. nume. 6. vol. 4. Fel. cap. cum nobis  
col. 4. de preſcr. Septimo crimen vſurę nō ſol‐‐  
uitur Morte, not. Fel. d. cap. si quis Epifcopus  
gl. cap. quorundam 23. diſt. cap. tua nos vſur.  
Iohan. Andr. capit. in litteris versic. idem de
- 67 raptor. Abb. cap. Michael num. 4. de vſur. † si  
hares fecerit inuentarium tenetur tatum qua‐‐  
tenus ad eum peruenit, non autem ad integras  
vſuras, si autem inuentarium non fecerit tene‐‐  
bitur

bitur ad integras vsluras etiam vltra vires hēre  
ditarias, fallit hoc secundū dictum in foro con-  
scientię gl. cap. tua nos cap. Michael vbi Innoc.  
de vslur. cap. in literis de raptor. not. cap. Episco-  
pus 12. q. 2. Iohan. And. cap. 2. de vslur. 6. num.  
11. cap. fin. de sepult. not. cap. litteras de reīcr.  
cap. 2. de vslur. 6. cap. cum tu de vslur. c. 3. de sol.  
in foro enim conscientię non habet locum prē-  
sumptio ideo afferenti standum est, qui vltra,  
id quod accepit grauari nō debet l. non debet  
ff. de reg. iur. & in foro conscientiæ ratio cessat  
cōficiendi inuentarium facit c. cū cessante de-  
appell. conc. cū hac declaratione, l. 1. vbi Bart.  
nume. 7 5. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Bald. l. filium  
C. fam. hærc. idem Rubr. de acq. hæred. l. fin. q.  
6. C. de iure deliber. l. 1. C. de his, quæ pœnæ  
nom. l. furti C. de furt. Inno. cap. quia de immu-  
nit. Eccl. Iohan. Andr. cap. q. anquam de vslur.  
6. Ant. cap. fin. de sol. Iohan. And. cap. in literis  
colum. 8. de rapt. Igneus l. necessarios §. non a-  
lias ff. ad Sen. consil. Syll. Angel. l. si cui §. hæc  
stipulatio num. §. ff. si cui plus quam;

Quadragesimoprimo Mors nō soluit pœnā,  
68 † quę imponitur à lege, quę rem ipsam con-  
sequitur, Item & pœna, quæ imponitur à iu-  
dice, in his videlicet, quę pendent ex contra-  
cta, quando delictum actione purgatur, Item  
non soluitur in his, quę non descendunt ex cō-  
tractu dummodo lis cum defuncto fuerit con-  
testata, sin minus tenebitur quatenus ex deli-  
cto percepit, si nihil percepit non tenetur prē-  
terquam

terquam in conditione furtiuia, pœna autem,  
 quæ personæ cohæret Morte soluitur l. sancis  
 69 mus C.de pœn.c.queſiuit de his, † quæ a maio  
 ri parte cap. l. in hærede ff. de calum. l. i ff. de  
 priu. del. l. sicut ff. de reg iur. l. pupillum §. i. ff.  
 cod. tit. Doct. l. quoties eod. tit. l. defuncto ff. de  
 public. iud. §. non omnes in st. de perpet. & tem-  
 por. act. l. in Senatus. §. si propter ff. ad Turpill.  
 l. fin. C. si reus, vel acc. mort. fuer. Ang. l. 2. C.  
 qui test. fac. poss. Mars. l. fin. num. 18. ff. de que-  
 ſtione. fed non quæ rei cohæret, Paul. l. Caius ff.  
 ad Syll. vbi Ign. num. 1 §. l. si pro fure. §. fin. ff. de  
 cond. furt. nam ab hærede turpelucrum extor-  
 70 quetur, † licet ipsa crimina iam extincta eſſe  
 intelligatur l. in hæredem ff. de calumn. d. l. si-  
 cut iff. de reg. iuris l. in hæredem ff. de dolo l.  
 toties ff. de reg. iur. l. i. §. fin. ff. de vi, & vi arm. l.  
 vi pulsus C. vnde vi l. 3 §. ex furtiuia ff. de pecul.  
 l. cum ex actione § pedius ff. quod met. cauſa l.  
 fin. ff. de eo, per quem factum erit Dec. l. pu-  
 pillum num. 3. ff. de reg. iuris l. quod in hære-  
 dem. §. si feruo ff. de tributor. Brix. q. 81. An-  
 gel. in tract. de testam. gl. fin. num. 6. Corn. con-  
 fil. 37. num. 24. vol. 3. Ampl. vt contra ipſos ac-  
 tio perpetua detur l. quod autem ff. quod met.  
 71 cauſa, † Bertach. tract. de gabellis, p. 9. versic. §.  
 Bart. l. 2. C. de vectig. quia pœna tunc ipſo iure  
 transit in hæredē, & hēc in pœna, quæ imponi-  
 tur à l. quando autem à iudice tunc idem eſt si  
 ex cōtractu deſcedat Paul. cōl. 63. num. 3. vol. 2.  
 si autem ex delicto tunc ad hæredes transit, ſi  
 lis

lis contestata fuit dummodo vires hereditatis non excedat, Bart. l. i. ff. de priu. delict. Ias. l. si eum §. qui iniuriarum num. 5. ff. si quis cauit. l. si cum hominem fit, de fideiuss. Dec. l. pupillū l. i. num. 5. ff. de reg. iur. Angel. in tract. de testam. gl. fin. num. 8. Abb. cap. 2. num. 57. de ordin. cogn. quod dictum intellige in actionibus ciuilibus, quæ ex delicto nascuntur, nō autem 72 in criminalibus, † & publicis iudicijs, cum haeres in his nisi lata sententia non teneatur l. Iudiciorum fit. de accusat. Bart. & Doct. com. l. i. C. ne ex del. def. Si vero lis contestata non sit, haeres ad ea tantum, quæ ob tale delictum est consequitus obligatur, nisi in actione furtiuia, in qua etiā damnum resarcire tenetur §. fin. inst. de obligat. quæ ex del. nasc. Angel. l. contra §. si post nu. 2. fit. rerum amot. l. si pro fure §. fin. ff. de cond. fur. Bart. l. i. num. 2. ff. de priu. del. & hoc ad repellendam furtorum frequentiam l. aut facta §. fin. ff. de pœn. Corn. cons. 414. n. 6. vol. i. Mar. l. si is qui cū telo n. 75. C. de Syc.

Quadragesimo secundo dignitas nō moritur 73 † cap. liberti 12. q. 2. c. si gratiōsē de refcr. 6. vn. de successor in dignitate ad onera teneat Abb. cap. 2. nu. 57. de ord. cogni. l. licet §. ex furtiuia ff. de pecul. Innoc. cap. cū dilectus de ord. cogn. cap. 2. de oper. nou. nunc. Bart. l. is cui ff. eodem tit. & contractui inito obedire debet cap. dilecti de foro compe.

Quadragesimo tertio haeres de iure canonico 7 ex delicto defuncti ratione rei tenetur † etiam lite

lite non contestata , vt defuncti anima libereat  
 tur Ambros. in tract. de v̄lū. vers. sed quid nu.  
 234. Abb. cap. fin. num. 6. de sepul. Ana. cap. in  
 literis de rapt. cap. sanè 24. q. 2. cap. Episcopus  
 12. q. 2. cap. quanquam de v̄lur. 6. cap. Episco-  
 pum 16. q. 6. cap. benè 96. distinct. cap. tua de v̄-  
 sur. cap. 3. de pign. Bertach. in tract. de gabellis  
 4. p. p. 20. num. 31. Florian. l. inde §. hac actione  
 ft. ad l. aquil. Bald. l. furti ft. de cond. furt. sunt e-  
 nim bona pro restitutione obligata cap. Parro-  
 chiano de sepult. cap. Archiepiscopatu il pri-  
 mo de rapt. Bald. l. 1. C. ne ex del. def. gl. l. filiu  
 C. fam. h̄erc. glo. capit. tua de decim. Brix. q. 81.  
 Angel. l. contra §. si post ft. de a&t. rerum amot.  
 Dec. l. pupillum §. 1. nu. 8. ff. reg. iur. Dom. con-  
 sil. 3. Bald. l. furti C. de furt.

75 Quadragesimoquarto iudicis delictum † non  
 soluitur Morte, sed eius h̄eres obligati sunt  
 in sindacatu post litem cōtest. Angel. l. Julianus  
 ff. de iudic. Baldus l. si filius num. 3. ff. de iudic.  
 Ang. l. 1. ff. de priu. del.

Quadragesimoquinto negligentia non sol-  
 uitur Morte, vnde h̄eres tenetur de negligen-  
 tia eius, qui vltro aliena negocia administrait

76 † l. tutor. C. de neg. gest. l. quicquid C. de arbit.  
 l. 2. §. h̄ec autem ff. de neg. gest. idem est de do-  
 lo, & lata culpa Paul. l. curatoris num. 8. C. de  
 neg. gest. Beltr. conf. 77. num. 23. volu. 1. & si ve-  
 ro necessitate cogente aliquid defunctus egit,  
 h̄eres eius de dolo tantum , vel lata culpa te-  
 77 netur, non autem de leui, † seu de negligētia,

Alex.

Alex. l.curatoris num. i.vbi Salyc.num. 7.C.de neg.gest.Cum.l.quod ad hæredē ff.de magistr. conuen.Fallit primo nisi lis cum defuncto fuerit contestata, quia tunc etiam de negligentia enebitur; Secundo fallit si cum damno pupilū quæstum fecerit; Tertio si damnū gratia prestatum sit l. i. & seq. C.de hære.tut.l.alio C. de in litem iur.gl.d.l.curatoris.

78 Quadragesimo sexto regulariter obligatio cū defuncto inita in hæredem transfertur l.si pa= ff. de probat. l. veteris † C. de contr. & com. stipul. l.iurisgentium §. pactorum ff. de pact. Dec. l.hæredem num. 6. ff. de reg.iur.nam qui pro se ipso promisit, suum quoque hæredem obligasse intelligitur Soccin.cōsil. 24.nu. 3.vol. 3. Tyraq. in tract. de retr. §. i. glo. 6. num. i. l.stipulatio ista ff. de verb. oblig. l.fin. C. de act. empti.

79 Quadragesimo septimo, † prohibitio alienationis non extenditur ad alienationē post mortem Angel.conf. 7:col. 2.conf. 57.col. 4. Iaf. cōsil. 96.confil. 101.vol. 4.confil. 120.vol. 1. Doct. com.l.filiusfamilias §. Diui ff. de leg. i. Sozzin. conf. 163.num. 20.vol. 2. Quia post mortem cum transfertur in hæredem videtur quodammodo & ipse retinere, ideo dicimus hæredem factum defuncti reprobare non posse l.ea que  
80 † C.de rest.min.l.venditrici. C.de rebus alien. non alien.l. 2.C.de adu.vend.l.si creditoribus C.de seru.pign:l.si ab eo C.de liber.causa l.cū à matre C.de rei vend,l.si ab ea C.de neg.gest.  
huc-

- l. successores C. de sol. l. si vxor C. de bon. auth.  
iud. possid. l. si fundum C. de reb. alien. non al-  
lien. l. si Titio ff. de pignor. l. i. ff. de exc. rei iud.  
Bald. l. qui se patris C. vnde liber. Bertr. cons.  
296. num. 4. vol. 1. Corn. cons. 74. num. 4. vol. 1  
Cagnol. l. ex qna persona ff. de reg. iur. Tyraq.  
in tract. de retr. conu. 6. 1. gl. 9. num. 54. Buti-  
gella l. pater C. de inoffi. donat. Crau. cons. 131.  
num. 14. vol. 1. vnde heres impugnans defuncti
- 81 dispositionem priuatur iure, † quod habet §.  
si quis autem auth. de haered. & falc. auth. hoc  
amplius C. de fideic. l. pen. C. de legat. Doct. l.  
fin. C. de fideic. Corn. cons. 272. num. 5. volu. 4.  
Rom. cons. 493. num. 5. Paril. cons. 91. num. 55.  
volu. 2. vnde non potest impugnare venditio-  
nem defuncti alioquin incidit in poenam l. si  
quis maior C. de transact. Beltr. cons. 191. nu.  
4. volu. 1. consil. 152. num. 4. volu. 2. & regula-
- 82 riter heres impugnans † contractum incidit  
in poenam in qua Mortuus si viueret incideret  
Ias. l. cum filius. §. in hac nu. 2. ff. de verbo. oblig.  
Secundo testamentum defuncti heres impu-  
gnare non potest, Sign. consil. 122. nume. 3. l.  
cum à matre C. de rei vend. l. siue C. de euict.
- 83 Sozzi. consil. 124. num. 76. vol. 1. † l. vnum. §. si  
rem ff. de leg. 2. l. haeredum C. de fideicom. Soz-  
zinus consil. 150. num. 4. volu. 1. Tertio nō po-  
test venire contra transactionem defuncti, nisi  
ab altera parte contrauentum sit l. cum propo-  
nas la seconda C. de pact. cap. peruenit il secon-  
do de iur. iur. Beltr. cons. 291. nu. 4. vol. 1. consil.  
8. nu.

8. num. 1. vol. 3. Quarto approbare debet reuocationem donationis factam a defuncto, Par. conf. 16. nu. 38. vol. 2. Quinto alienationi factæ per defunctum standum est, Abb. c. 1. nu. 3. 'e testam. Rom. confil. 259. Corn. confil. 304. num. 6. vol. 3. Sexto hæres impugnare non potest prohibitionem diuisionis ad aliquod temporis. l. in hoc §. si conueniat ff. com. diu. Doct. com. l. 4. ff. de cond. inst. Bart. l. quintus. §. argento ff. de auro, & arg. leg. Doct. l. si nō forte. §. si centum ff. de cond. indeb. Septimo locationem hæres impugnare non potest, Angel. l. viam C. loc. Ferret. §. Mortuo inst. eod. tit. Corn. confil. 103. num. 7. vol. 2. Octauo hæres impugnare non potest confessionem de dote factam à marito constante matrimonio Sozzin. cōf. 79. nu. 34. vol. 4. nisi esset inualida confessio Salyc. l. si ego num. 1. ff. de iure dot. Afflict. Decisio. iii. num. 7. Nono hæres non potest impugnare instrumentum, vel librum, Paul. conf. 314. num. 3. volu. 2. qua in re, aut ex contractu defuncti 84. descendit obligatio in heredem, † aut nō tunc factum defuncti ratum haberi debet secundo vero casu non, Bald. l. defuncto num. 2. C. si in fraud. patr. Secundo distinguendo dico aut factum defuncti fuit secundum leges, aut non, Primo casu illud ratificare debet, si vero in fraudem legis non, & adeo verum est primum dictum, ut carcerari possit sequuta citatione pro obliterantia facti defuncti, ita, Bald. c. 1. §. itē tit. 85 de not. send. † Cor. confil. 2. nu. 2. vol. 4. Cagnol. l. herre-

1. hæredem nu 14. ff. de reg. iur. Tyræq. in tract. de iure const. p. 3. lim. 30. num. 72. Bald. l. in ipsius num. 15. C. fam. hærc. Crau. consil. 131. nu. 7. Angel. l. Pantonius num. 3. vbi Cum. num. 2. ff. de acq. hæred.

Quadragesimo octavo dōtandi debitum non soluitur morte, vnde hæres filiam eius, cuius 86 est hæres dotare cōpellitur † Marſ. consil. 125. num. 9. vol. 1. Bart. l. marito §. si voluntate l. insulam ff. sol. matr. Alex. l. post dōtem, num.: 3. ff. eod. si tamen dos pereat iterum dotarē non cōpellitur, sicuti pater viuus teneretur, Bal. l. si locius ff. pro loco Sozzin. consil. 296. num. 5. 87 vol. 2. sicuti hæres mariti eam alere † tenetur infra annum luctus si bona vnde se alat aliunde non habeat Abb. cap. salubriter num. 5. de vſur. nisi hæres statim assignet dōtem, Alex. l. diuortio num. 21. ff. sol. matr. Campegg. tract. dōt. q. 17. p. 2. post annū vero luctus mulier dōtem petere debet, nam hæredes eam alere non tenentur Campegg. tract. de dōt. p. 5. q. 78. numero 2. Angel. consil. 138. consil. 300. Abb. d.c. salubriter num. 4. de vſur.

Quadragesimonono, priuilegium non soluitur † Morte mariti ne cōueniatur vltra quā facere possit, sed ad hæredes quoque transferatur, Alex. l. etiam num. 1. ff. sol. mat. Paul. l. eū qui §. si mulier num. 4. ff. de iur. iur.

89 Quinquagesimo, † interpretandi facultas nō soluitur Morte, vnde quemadmodum hæres suam ambiguam voluntatem potest interpretari

tari ita etiam h̄eres eius Alex. l. si quis à filio §.

si quis plures num. 2. ff. de leg. 1. Ias. l. gerit nu.

17 ff. de acq. h̄ered. Sozzin. conf. 60. col. 6. vol. 1

Crau. consil. 197. num. 4. ratio est quia in du-

lectio est debentis l. si domus ff. de leg. 1.

l. qui ex pluribus ff. de verb. oblig. l. legato ff. de

leg. 1. dummodo cum damno alterius decla-

90 ratio non fiat † Ias. l. si sic §. si quis ita ff. de leg.

1. Paul. l. si quis num. 4. de iudic. l. in termina-

to C. de fr. lit. exp. Curt. l. ædita nu. 140. C. de

æd. Bal. l. idem num. 1. ff. de rei vend. Abb. cap.

cum ad sedem, nu. 16. de rest. l. pol. Rom. consil.

300. nu. 20. dixi ego super. in pr. p. conclus. 62.

91 Quinquagesimo primo instantia † non sol-

vitur Morte, sed h̄eres succedit, in eam, quæ

contra defunctum iam mota fuit Doct. com. l.

h̄eres absens ff. de iudic. Nicon. capit. quoniam

contra nu. 47. de probat. Doct. c. quia de iudic.

l. si pr̄etor ff. cod. tit. l. seruus ff. de his, qui not.

infamia l. t. C. si pend. appell. mors interu. An-

gel. l. tā ex contractibus ff. de iudic. Sozzin. cōf.

30. vol. 1. Ampl. procedere etiā in clero, Paul.

l. cum quę tam ff. de iuris d. omn. iud. cap. clericis

cum 11. q. 1. Fallit tamen in fisico not. l. si con-

stante §. fin. ff. sol. matr. Sozz. conf. 46. vol. 4.

92 Quinquagesimo secun. lo successori † quan-

doque plus licet, quam defuncto, vnde mino-

ri succedenti defuncto maiori datur restitutio

in integrum, quę alias defuncto si vixisset non

fassiscessa l. Piatonius ff. de acq. h̄ered. not.

l. t. C. de rest. in integr. Bart. l. si infantu nu. 11.

C.de iure deliber. Fulgos. l.si quis affirmauerit. item nu. 3. ff. de dolo l. qui in aliena scæuola ff. de vñcap. l. fin. C.de euict. Salyc. d.l. si infanti num. 13. Bald. consil. 326. num. 1. vol. 2. d.l. 1. num. 4. de rest. in integ. Sozzin. consil. 116.

93 num. 12. volu. 2. † regula tamen est melioris conditionis non esse heredem, quam defunctum Ias. l. Pomponius. quæstum num. 8. ff. de acq. poss. Tyraq. in tract. de retr. §. 1. gl. 9. num. 48. Salyc. l. emptori. §. 1. ff. de euict. ratio predicatorum est quia haeres adeundo hereditatem, videtur eodem modo se obligare, quo erat o-

94 bligatus defunctus, † Bald. l. Icimus num. 1. C. de iure deliber. l. nemo potest nu. 28. ff. de leg. 1. Grammat. consil. 100. num. 18. Paris. consil. 2. num. 30. volu. 3.

95 Quinquagesimotertio venditio retractari † non potest in præiudicium defuncti, not. l. cū à matre C. de rei vend. l. si ab eo C. de neg. gest. l. successores C. de solut. l. si fundum C. de reb. alien. nō alien. l. si Titio ff. de pign. l. 1. ff. de exc. rei vend. Tyraq. tract. de retr. §. 1. gl. 9. num. 48. & §. 12. gl. 1. num. 7.

Quinquagesimoquarto alienationem feudi factam per defunctum, haeres non potest reuocare, † quam alias eam posset si haeres non fuisset, Doct. com. c. 1. §. hoc quoque de success. feudi Paul. cōsi. 207. vol. 2. & cōsi. 290. eod. vol. Afflict. Decisio. 112. l. filius familias. cum pater ff. de leg. 1. vbi ampl. hoc dictum etiam si haeres eius filius esset,

- ¶ Quinquagesimoquinto pactum reuenditionis nō soluitur Morte, sed ad hæredes transit, licet de his mentio facta non fuerit l. si pactum ff. de prob. doct. com. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. l. si decē ff. de verb. oblig. Bart. l. à testatore ff. de cond. & dem. Bal. & Iaf. l. epistola §. i. ff. de pact. † Bald. capit. ex parte col. i. de rescr. consil. 38. vol. 3. Iaf. l. cum seruus ff. de verb. oblig. omnia enim pacta actiuè, & passiuè transiunt in successorem, quamuis de his mentio non fuerit facta, vnde statutum loquens de vēditore, vel alio cōtrahente locū habebit in eius hæredem, & hoc fallit nisi dispositio habeat distinctionem dumtaxat, vel taxatiuā tantum, Bertr.
- ¶ 8 consil. 184. vol. 1. Bar. l. i. ff. si quis insidicēti † nō obtemperauit, not. l. nō solū §. tale ff. de liber. leg. idem si dicat ipse contrahens, & non alias, Bart. l. 3. §. cū Titio ff. de adim. leg. de hoc vide Tyraq. tract. de retr. conu. §. i. gl. 6. nu. 1. & seq.
- ¶ 9 Quinquagesimosexto promissio † de facto suo non soluitur Morte, sed ad hæredes trāsit, Doct. l. stipulatio ista ff. de verb. oblig. Bald. l. fin. C. de act. empt. ampl. etiam si promisisset factum suum tantum, nam dictio taxatiua ex-
- 100 cludit personas proflus † extraneas, Rom. in Rubr. de arbitr. col. 9. not. l. hæres ff. de acq. hæred. Alexan. consil. 28. lib. 5. Curt. Sen. consil. 76. Aret. §. fina. inst. de empt. & vendit. Ruin. consil. 94. volu. 1. Tyraq. in tract. de retr. conu. §. 1. gl. 6. num. 4. Euer. in loco de natura dict. taxat. num. 6.

Quinquagesimo septimo vidua post Mortem  
 101 viri, † retinet omnia priuilegia viri dum in  
 viduitate permanet Doct. l. fin. C. de verb. sign.  
 Bald. l. cū te C. de nupt. l. filij. §. vidua. ff. ad mu-  
 nicipal. not. l. fœminæ ff. de senat. cap. is qui §.  
 mulier de sepult. 6. gl. & Doct. comm. Clem. ne  
 Romani §. sanè de elect. Doct. l. cum quedam  
 ff. de iuris. omn. iud. Doct. cap. super eo il secon-  
 do de test. Sozzin. cons. 12. cōf. 36. vol. 1. Ampl.  
 primo ut familiā viri retineat; Bart. & Fulg.  
 l. fin. C. de verb. sign. Secundo retinet ciuita-  
 tem, Bald. l. cum te C. de nupt. Franc. c. is qui  
 §. mulier de sepult. 6. Tertio retinet ipsa domi-  
 cilium, Alber. l. fœminæ de senator. Ang. consil. 34. & consil. 369. Card. consil. 135. Aret. §. l.  
 inst. de patr. pot. Quarto vidua Regis dicitur  
 102 † Regina glo. c. scripsit 27. q. 2. glo. c. ex parte  
 in fine de foto cōp. vbi Doct. com. Alber. d. l.  
 fœminæ ff. de senator. Dom. c. is qui §. mulier  
 de sepul. 6. Ant. de Pot. Reg. q. 29. Quinto Am-  
 pl. etiā in exorbitātibus à iure cōmuni Bart.  
 l. fin. C. de priuileg. Schol. lib. 12 Alex. consil.  
 207. vol. 6. Sexto vidua nobilis genere ignobi-  
 103 lis † retinet Mariti mortui conditionē, Guid.  
 Pap. Decis. 349. idē Decis. 381. nisi hēc iterum  
 nubat marito nobili, tunc enim illustratur ra-  
 dijs tecūdi viri, Iohan. Rayn. tract. nob. q. 6. Ty-  
 raq. in tract. nobil. c. 19. nu. 38. Septimo, vidua  
 viri mortui vera imago dicitur, Bald. l. pignoris  
 C. de pignor. act. testatur Diuus Hierony. lib.  
 1. in louinianum; vnde sequitur octauo loco  
 quod

quod dum vidua manet celeretur stare in eodē  
 104 matrimonio, † Doct. cōmul. fin. C. de bon.  
 matern. l. de emancipatis C. de leg. hæred. §. i.  
 auth. de non elig. sec. nub. §. non solum auth.  
 de nupt. gl. l. iubemus C. de erog. Mil. ann. lib.  
 12. glo. l. i. §. exactio C. de rei vxor. aet. Bar. l. fi-  
 lij §. vidua ff. ad municip. Baldus l. diuortio ff.  
 sol. mat. Archid. cap. is qui de sepult. 6. Alex. l.  
 cum quædam ff. de iurisd. omn. iud. Bald. l. vo-  
 luntas C. de fideic. vbi quandiu vidua est viuit  
 lege mariti, idem consil. 459. vol. 1. Angel. con-  
 sil. 142. Sal. l. fin. C. de verbo. signif. Rom. l. i.  
 C. vnde vir. & vxor. Paul. cōl. 147. vol. 2. Isern.  
 & Mart. Land. cap. si quis miles tit. de feudo si-  
 ne culpa amict. vbi vasallus priuatur feudo si  
 cum vidua concubuerit, ac si cum vxore Do-  
 mini, Alex. conf. 207. vol. 6. Soccin. cōl. 56. vol.  
 3. Guid. Decil. 380. quæ procedunt durnmodo  
 105 honestè vidua viuat, † Baldus l. is folis C. de  
 reuoc. don. Bald. consil. 446. volu. 2. Abb. cap.  
 vxoratus not. 2. de conu. coniug. glo. l. sororem  
 C. de his, quibus ut in dignis gl. l. fideicommissum  
 C. de fideic. Bart. l. pen. C. de adul. Ias. l. 2. ff.  
 sol. matr. Fel. cap. pastoralis de iud. Mar. sing.  
 234. Bart. l. fin. C. de bon. Mat. Franc. cap. is qui  
 106 §. mulier de sepult. 6. vnde vidua † impudica  
 desinit esse de domicilio viri Angel. l. cum quæ  
 dam ff. de iurisd. om. iud. §. i. auth. de rest. &  
 ea quæ par; & perdit legatum sibi à viro factū  
 glo. & Doct. com. l. fideicommissum C. de fi-  
 deic. Item & tutelam filiorū l. fin. C. quando

Mul.tut.offic.fung.auth.sacramentum vbi Sa.  
lyc.C.eod.tit.Bar.l.si quis sub conditione ff.de  
testam.tutela Angel. §. actionum q. 19. inst. de  
act.Tyraq. in tract.de nobil. cap.18.num.14.

107 † Tertio amittit dotem secundum com.opin.  
de qua in Decis. Pedem. 77.num. 15. Quia vi-  
dua dicitur durare in primo matrimonio Paul.  
l.sororem num. 4. C.de his quibus,vt in dign.  
per.l.fin. C.de bon.matern. Iacob d.l.sororem  
num. 6. Fel.cap.pastoralis num. 5. de iud. Ias. l.  
2.num. 6. ff.sol.matr.add.ad Angel. tract.de  
malefic.vers. [che hai adulterato] nu. 30. Petr.  
sing. 48. Marf. sing. 416.l.vnica num. 48. C.de  
raptu virg.Paul.conf.148.vol.2.Bart.l.fideicō-  
missum C. de fideic.vnde heres concubens cū  
vxore mortui testatoris redditur in dignus, Bar  
tolus l.i. num. 3. ff.de his quibus,vt in dign.

Quinto vatallus priuatur feudo si concubue-  
rit cum vxore Domini defuncti, Doct. com. c.  
plerumque de donan. iter vir. & vx. Angel.in  
summa sua vers.dos num. 18. Cro.l 4. §.Cato  
num.97. ff.de verb.oblig. Lopus in Rubr. de  
don. inter vir. & vxor. § 67. num 6. Neuiz.in  
Sylua nupt.vers.seni non est nubendū fol.65.  
conf. 2.num.37. confil.6.num.17. viduæ enim  
luxuriantes damnationem habere debent,

108 Paul.ad Thim.cap.5. † & hæc opinio est cau-  
sa honestatis seruandæ Bal. auth. cui delictum  
C.de indict.vid.toll.Socci.l.hæc conditio ff.de  
cond.& dem.Curt.confil.81.num.9. §.mulie-  
res auth.de lenonibus: Contra hanc conc. te-  
net

net Alexan.d.l.sororem C.de his, quibus ut in  
dign. Boer. Decisio. 338.num.7. Sal.l. quoniam  
C.ad l. Iul.de adult.Crau.cons.205.nu.24. Ri-  
pa l. 2. num.8. ff. sol. matr. Soccin. cons.111.nu.  
7.vol. 3. dicit hanc esse mag. com. opin. Bened.  
cap. Rayn. 3.p.num.201. Didac.in epithom.de  
sponsal.cap.6.§.6.nu.20. parisenes,in cōsuet.  
Paries. §.30.q.38. Ampl.6.num.142 Guliel.  
l.in ambiguis num.208.ff.de reg.iur. Rol.cōs.  
§7.vol. 2. Quæ opin.reconciliari possunt hoc  
pacto, ut si adultera reperta est in domo viri,  
tunc amittat dotem, si vero extra domum habi-  
tat, secus, quia videtur quodammodo renun-  
ciari priuilegio domus viri, seu melius dicas  
aut loquimur de stupro commisso infra annū  
luctus, aut post, primo casu procedit opin. af-  
firmatiua, secundo autem negatiua, ita Deci-  
sio.Pedem.77.nu.37 & not. quod licet nubens  
infra annum luctus sit expers infamiæ, perdit  
tamen gloriam matrimonialis pudoris, Tyraq.  
in tract.de leg.connub.l.9.gl.9.num.3. sed v=   
trum magis peccat vidua stuprando quam vir  
109 go? † Resp. quòd vidua magis peccat Afflict.  
cap.1.§.item col. 2.tit. quibus mod. feud. amitt.  
Tyraq.tract.de leg.connub.l. 2. num. 28.& l.9.  
gl.9.nu.116. non tamen perdit legatum ei reli-  
ctum cum conditione si castè vixerit, quia ma-  
trimonium castitas est, dixi ego in tract.de reg.  
jur. Regul. 3. Ampl. 119. si vero viduæ legatum  
erit factum intelligi debet de prima viduitate,  
110 dixi d.loco reg.4. Ampl.117. † Fallit in legato

habitationis, quod venit ī omni viduitate quemadmodum latē dixi d. tract. Reg. 2. Ampl. 121.  
 de reg. iur. Nono vidua sortitur forum mariti  
**111** mortui, † Bart. l. fœminæ fl. de senator. Bart. l.  
 fina. C. de verbo. sign. l. l. C. de mul. & in que  
 loco l. fin. §. pen. ff. ad Munic. l. filij §. viduat.  
 eod. tit. l. fēper §. immunitati ff. de iur. Immun.  
 l. fin. vbi Doct. C. de bon. Matera. l. fin. C. de in  
 col. lib. 10. l. fin. C. de priuil. chol. Cin. l. 2. C.  
 de Episc. & Cler. Bald. l. volūtas C. de fideic. qđ  
 verū est in fauorabilibus, secus in odiosis, in  
 contractu autem dotis inspicitur consuetudo  
 fisci virti l. exigere ff. de iud. Decimo vidua po-  
 test Mortuo viro bannito reuerti ad ciuitatem  
**112** non obstante statuto † de vxoribus bannito-  
 rum expellendis Bart. l. Titia ff de leg. 2. Aret.  
 l. fin. C. qui ad libert. peru. non licet l. cum acu-  
 tissimi C. de fideic.

Quinquagesimo octavo filius censetur eadē  
 persona cum patre not. l fin. C. de impuber. &  
 alijs subst. Tyraq. l. si vnquam in princ. nume.  
**113** 15. C. de reuoc. don. est enim filius Portio † pa-  
 tris cap. iam itaque 1. q. 4. Bal. l. fin. C. de leu.  
 fug. & licet efficiatur nouus homo propter no-  
 vam animam, non tamen dicitur primus ho-  
 mo omnino extinctus Paul. consil. 26. 4. col. 3.  
 vol. 2. sicuti in simili dicimus, quod nec arbor  
 ob id mortua dicitur, quod antiquis radicibus  
 mortuis, quę loco animę sunt cum vitam sup-  
 peditet, nouas egerint l. qua ratione ff. de acq.  
 rerum Dom. Ampl. verificari hoc dictum etiā

114 in nepote not. Doct. commu. † l. cum acutissimi  
mi C. de fideic. l. generaliter C. de iust & subst.  
l. cum auus vbi Doctor. commu. ff. de condit  
& dem. ideo nepos dicitur natus ex auo, sicut  
filios, quicquid enim est causa causæ est etiam  
causa causati l. i. C. de cond. insert. l. Lucius la  
seconda ff. de hær. inst. vbi conditio si defecerit  
sine filiis ex se natis deficit si reliquet nepo  
tes, qui appellatione liberorum continentur l.  
liberorum ff. de verbo. sign. est enim in nepote  
sanguinis continuatio, & immediatè dicitur  
fieri quod per rerum naturam continuatiuè  
vnum est, & idem Paul. cont. 410. volu. 1. Guid.  
Decisio. 176. Beltr. cont. 1. num. 33. vol. 2. cons.  
302. vol. 3. nec esse debent deterioris conditio-

115 nis nepotes, † quam ipsi filij l. maximum vi  
tium C. de liber. præt. immo transmittit ad ne  
potes portionem lucri, quod sibi prouentum  
erat l. in quib. C. de sec. nup & propterea nepos  
dicitur primogenitus, sicuti, & pater illius, vñ  
de in ius primogenituræ succedit, quæ est di  
gnitas, quæ non soluitur Morte cap. quoniam

116 Abbas de offic. deleg. † Tyraq. in tract. de iur.  
primog. q. 40. nu. 47. not. cap gratiōsē de relct.  
6 ex quo insertur quod stante statuto, quod fra  
ter excludat sororem, ita & nepos amitam,  
Bart. d. l. liberorū ff. de verbo. sign. Doct. com  
mu. l. maximum vitium C. de liber. præt. l. ve  
nia C. de in ius noc. Anch. cap 1 q. 14. de con  
st. Fulgos. l. de quibus colum 3. ff. de leg. idem  
conf. 78. Rom. conf. 129. Abb. conf. 75. velu 1.

- Natta cap. quamuis q. 11. de paet. Ias. l. qui se  
parris num. 57. C. vnde liberi, Dec. conf. 372.  
Bened. cap. Raynutius vers. duas num. 150. de  
testam. De qua re vide per Tyraq. tract. de iure  
primogeniturę q. 40. nu. 57. & seq. latè: Ampl.  
secundo, vt filius retineat nobilitatem patris  
defuncti not. l. senatoris ff. de senator. Bald. l.  
cum antiquioribus colu. 8. C. de iure deliber.  
**117** † Lucas l. mulieres C. de dign. lib. 12. nobili-  
tas enim à primogenitoribus seminarunt in po-  
steros Card. Clem. 1. q. 2. de bapt. Abb. capit. li-  
cet de censib. quod dictum extenditur ad filios  
natos etiam ante nobilitatem patris, Doct. l.  
senatoris ff. de senator. not. l. fi. C. de decur. lib.  
10. Card. cap. iam itaque 1. q. 4. Tyraq. in tract.  
de nobil. cap. 15. num. 2. & nume. 7. latè per to-  
tum, ideo filius ferre debet insignia paterna i-  
dem d. loco cap. 8. nu. 21. calamitas tamen pa-  
tris, aut mattis filio nato, vel iam conceptio no-  
**118** cere non debet † l. emancipatum §. fin. ff. de  
senator. §. & è contrario inst. de ingen. sed si fi-  
lius repudiat hæreditatem patris, vtrum legitimam  
amittat? Resp. quòd sic, Bartol. l. gerit  
**119** † colu. 5. ff. de acq hæred. l. quia poterat ff. ad  
Trebell. Doct. com. l. hæres C. de impuber. Ro-  
ma. l. 1. C. quando non pet. part. Bald. l. scimus  
col. 5. C. de inoffi. test. Paul. l. quoniam eodem  
tit. Angel. conf. 81. Corn. conf. 119. vol. 2. Secun-  
do si Mortuo Rege filius repudiet hæreditatē  
parris, mox regnum deuoluitur ad secundum  
genitum glo. l. 1. §. assignare l. 3. §. 1. cum duab.  
leg.

1 g. seq. ff. de assign. liber. Tertio quamuis fe= 120  
 dum sit debitum filio; † non potest filius hæ=  
 reditatem repudiare, & feudum retinere, not.  
 cap. i. tit. an agn. vel fil. rep. hæred. cap. filius tit.  
 de capit. qui Cur. vend. cap. i. de grad. success.  
 Host. in tit. de feud. §. quoniam vers. 37. Bart. l.  
 si patroni ff. ad Trebelli. Bart. l. item §. nunc vi=  
 deamus ff. de pet. hære. Paul. auth. post fratres  
 C. de leg. hæred. Ifern. c. i. de alien. feudi, Bald.  
 cap. i. de success. feudi, Bald. l. i. q. 2. ff. de rerum  
 diu. consil. 215. volu. 2. Alber. l. tres fratres ff. de  
 paet. Angel. §. si vero auth. de nupt. Doct. l. si  
 quis ff. de acq. hæred. Alex. consil. 19. volu. i.  
 ratio est quod si hoc verum esset pater ex cau=  
 sa non posset præiudicare filio, ex quo sequi=  
 tur quod quando sumus in feudo, vel emph=  
 teusi, in quo pater filio præiudicare non po=  
 test. † tunc filius poterit repudiata hæredita=  
 te retinere feudum, vt quando ei quæsumus es=  
 set ex mera liberalitate concedentis, Bald. l. i.  
 C. per quas pers. nob. acq. Doct. com. l. apud §.  
 si quis ff. de leg. i. lat. l. fin. C. de iure emph. Ty=  
 raq. in tract. de nobil. cap 37. num. 6. vbi latè &  
 Iul. Clar. lib. 4. sent. q. 76. in term. num. i. Dida=  
 cus lib. 2. resol. cap. 18. nu. 4. Curt. consil. 13. 8. nu.  
 19. Imola cap. ex parte nume. 29. de feud. item  
 declara hanc concl. vt sit feudum nouum non  
 potest retineri repudiata hæreditate.; Tertio  
 hoc idem si fuerit antiquum, sed mera hæredi=  
 tarium; Quarto idem est si fuerit antiquum  
 feudum; 3. 5. nulla habita mentione filiorum,  
 vel

vel hæredum, quo casu filius illud retinere nō potest repudiata hæreditate, agnatus autem benè quidem poterit, si vero fuerit feudum mixtum hoc est pro se, suisque descendētibus, vel pro filijs, & hæredibus, tunc per filios retineti poterit repudiata etiam hæreditate ita Iul. Clar. d. q. 76. lib. 4. sent. more solito doctissimè distinguit; Ampl. omnia hęc etiam in emphyt. Iul. Clar. lib. 4. sentent. q. 37. qua distinctio-

122 ne ita retenta sequitur † quod filius ex hęre datus in feudum, vel emphyteusim succedat, Paris. consil. 1. nu. 7. vol. 1. Iul. Clar. lib. 4. sent. feudum q. 74. in term. in his vero, in quib. pater præiudicare potest filijs, filij tenentur rati- ficate factum patris idem Iul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum q. 42. Arius Pynel. l. 1. in 3. p. nu. 85. C. de bon. matern. & num. 74. & num. 75. dicit Mortuo patre filijum hæredem non admitti ad reuocandam donationem, vel aliam alienatio-

123 nem Bald. l. 2. nu. 3. C. si quid in fraud. † patr. de hac §8. conclus. vide Tyraq. in pref. l. si vnu- quam num. 15. & seq. C. de reuoc. don. not. ta- men quod licet nativitate filij reuocetur dona- tio non tamen reuocatur nativitate nepotis, quando pater erat viuus tempore donationis Tyraq. dict. loco versic. filios num. 12.

124 Quinquagesimonono notādum est, † quod morte eius, cuius causa aliquid statutū est non soluitur dispositio, sed durat in viridi obser- uantia, quando causa erat impulsua vnde, Doct. comm. l. 1. §. sextum ff de postul. Idem est quan-

q[ua]ndc erat causa efficiens, vnde mortuo legislatore, adhuc lex permanet in viridi obseruantia dixi ego in tract. de Leg. & Stat. p. 3. q. 25 8. nume. 6. & seq. † not. l. Arrianis C. de hæret. latè per Tyraq. in tract. cessante causa numero 130. & seq.

Sexagesimo, not. quod Mortuus representatur, per hæredem l. hæredem ff. de reg. iuris. Secundo per filium l. fina. C. de impub. Tertio per vxorem, quæ dum est vidua dicitur imago viri l. filij. §. vidua ff. ad munic. Quarto, & vlt. 126 per successorem, † siue vniuersalem, siue singulariem, in re, & causa, in quam succedit l. qui in ius ff. de reg. iuris cum distinctionibus, de quibus suo loco satis superius dictum est, pro declaratione huius nostri Tractatus ; Mors Omnia Soluit.

127 Sed quid dicemus † de resuscitato vtrum recuperet bona ? Resp. quod sic, not. Ang. l. nā Demosthenes nu. 3. ff. de leg. gl. l. ex his ff. eod. not. l. 3. ff. de diuor. Doct. com. l. seruantes. §. sublatum ff. de seru. vrb. præd. Angel. l. debitor ff. de sent. pass. Doct commu. l. si marito ff. solu. matr. gl. l. seruus ff. de aet. & oblig. Brix. q. 54. An. cap. fraternitatis colum. 2. de frig. & malef. Alber. l. inter. §. sacram col. 2. ff. de verb. oblig. l. quod dicitur ff. de impensi. in rebus dot. fact. Bald. & Paul. l. intercidit ff. de cond. & dem. Bald. l. 1. C. de Sacro Sanct. Eccl. cap. 1. de elec̄t. Brun. cōsil. 112. Roman. Rubr. ff. solut. matrim. versic. an resuscitatus Bertr. tract. de Episc. 4. p.

8.p. princ. q.4. Gulielm. extr. suscepto vers.  
vacantium Bald. consil. 243. lib.1. Alber.l. adeo  
l. de acq. rerū dom. not. tamen quòd mortuus  
non dicitur, † qui statim atque ex morte ad  
vitam reuocatur gl. d.l. ex his not.l. 3. ff. de di=  
uort. sicuti natus non dicitur qui statim Mor=  
tuus est, nec dicitur venisse qui non stetit, Ar=  
chid cap. licitè 12.q.7. non enim consideratur  
illud paruum momentum Abb. cap. nam ego  
de verb. sign. glo. cap. 1. §. quin etiam tit. Epitc.  
vel Abb. vbi Doct. com. cap. 1. §. fin. de success.  
feudi, Bald.l. 1. §. in nouissimo C. de cad. toll.  
Paulus consil. 191. lib. 2. lac. tracta. feud. vers.  
feminis, Bertr. consil. 276. lib.1. Tyraq. l. si vn=  
quam vers. suscepit num. 167. quibus in locis  
129 pro non nato habetur, † qui statim moritur,  
conc. l. ex facto ff. de hered. inst. l. seruis ff. de  
leg. 3. Bald. consil. 299. lib. 2. l. Cæsar. ff. de pu=br/>blic. sicuti etiam abesse non dicitur ille, qui sta=tim  
rediturus est, Anch. consil. 90. not. l. cum  
antiquitas C. de iure deliber. l. si longius § si=lius ff. de iudic. l. pen. ff. de vac. muner. Innoc.  
cap. prudentia de offic. deleg. Dec. l. 1. ff. de of=ific. eius, vbi purpur. num. 603. Rom. consil. 263.  
gl. & Doct. com. cap. si postquam de elect. 6.  
130 † Item non consideratur præcium paruo tem=poore duraturū l. pretia §. fin. ff. ad l. Falc. Bart.  
l. si seruus la secōda ff. de cōd. furt. not. l. 1. C. de  
sent. quæ pro eo leg. qui sic ff. de sol. l. si pro  
parte §. verbum ff. de in rem vers. Marſ. l. si nu.  
155. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. §. quod ait ff. quo=rum

m legat. ex quo sequitur primo non puniri de fuga carceris, qui statim ad eum reuertitur. Bart.l.sicut §.super vacuum ff.quib.mod.pign  
 131 vel Hypp. sol. Bal.l.i.C.de seru.fug. † Beri consil.6 i.vol.2. Marſ.l.is qui num. 54. C.de sic.idem tract.de fideiuss.numero 373. consil.  
 122. Bart.l.quid si §.i. ff.de ædil.æd. Roin.l.ad monendi colum.24.ff.de iur.iur.Bald.l.i.C.de çdil.act.sequitur secundo, quod condemnatus ad restituendum fundum sub pœna, si restituat, & postea statim occupat in pœnam incidisse dicitur, Baldus l.Titio ff.de cond.& dem.Doct. commun l.sed si ff.de iur.iur.Bald.l.si quis he-  
 132 redem † C.de inst & subst. l qui licitam C.vt lite pend.l.debitori C.de pact. not.cap.cum in cunctis de elect. cap. significasti de offic.deleg. Angel.l.permisceri §.species ff.de acq. poss.l.si fideiussor. §.meminisse ff.de leg.r.Bertr.consil.  
 232.num.14.vol.3.l.inter ff.de arbitr. Fabian. in tract.de empt. q.36.q.4. princ. l.si quasi ff. de pign. act. conc. quæ dixi in hac materia in tract.de reg.iur. Reg. 5. Ampl.16 5. Quid autem est dicendum quando dispositio stat per modum conditionis? Resp. quod conditio si deceperit sine filijs verificatur, etiam si momento fuerint patri superstites l. ex facto §. si  
 133 quis autem ft.ad Trebell. † Bald.cap.1. §.quoniam etiam tit. Episc.vel Abb. Iaf.l.si quis hæredem C.de inst.subst. not.l.cum acutissimi C.de fideic.satis enim est grauatum habuisse filios licet postea moriantur, Bald. consil.57. volu.2. Dec.

Dec. consil. 139. Cæpolla consil. 50. l. hæredibus ff. ad Trebell l. cum vxori C. quando dies leg. ced. not. l. si quis hæredem C. de inst. subst. in conditionibus enim accipimus principium primæ existentiæ, & non curamus succelsum eius, ideo conditio causalis, vel mixta sufficit semel fuisse impleta, licet nō durauerit, in qua

134 sufficit fuisse factum, † licet non duret factū glo. d. l. si quis hæredem, conc. Oldrad. consil. 21. Iohann. Andr. add. ad Spec. tit. d. & in primis, Cyn. auth. sed si C. de fec. nupt. b. a. fin. C. de hæred. inst. consil. 56. volu. 2. Fulgot. consil. 46. Paul. l. ex facto. §. si quis ff. ad Trebel' l. in substitutione ff. de vulg. Ruin. cōsl. i 31. nu. 4. volu. 3. Dec. consil. 13. Bertr. consil. 8. vol. 1. Ias. d. l. si quis in hæredem, ex quo dicto sequitur primo quod excusatio tutelæ ob liberos, nō

135 irritator si liberi moriantur, † Iohann. Andr. cap. decet de reg. iur. 6. Alber. l. 2. ff. de exc. tutor. Imol. consil. 76. Mart. in tract. de fisco concl. 198. Fulgos. consil. 52. Paul. l. si cum dotem l. si maritus ff. de sol. Anan. consil. 105. Dec. auth. præterea C. vnde vir. & vx. l. in omnibus ff. de reg. iur. cap. cum cœslante de appell. Mars. l. etiam ff. de qua sit. Secundo infertur quod fœmina ob matutinos semel exclusa, manet perpetuo

136 exclusa. † etiam si masculi moriantur, nisi statutum aliter expressè disponat, Bart. l. fina. ff. ad Te iuill. Bald. auth. sed si C. de fec. nupt. Doct. commun. l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & postlum. Doct. commun. l. si auus C. de

C. de liber. p̄t. Bald. l. videamus s̄t. quod mēt. causa Imola consil. 27. Ant. c. Raynaldus de res-  
tām. Fulgoſ. consil. 98. Paul. consil. 159. vol. 2.  
Cor. consil. 404. vol. 3. Dec. consil. 87. Iaſ. con-  
ſil. 220. vol. 2. Ruin. consil. 167. num. 11. vo-  
lum. 3. & ſufficit ſi maſculus fuerit moſtento  
temporis ad hoc vt fœmina dicatur perpetuo  
excluſa. Baldus l. ſi quis poſthumos. §. 1. ff. de li-  
ber. & poſth. l. in quib. C. de ſec. nupt. Tyraq. l.  
ſi vñquam vers. ſuſciperit nume. 193. C. de reſ-  
uoc. don. vbi dicit num. 203. non confirmari  
donationem poſt mortem filij, ſi tamen pater  
eam non reuocauit videtur deceſſiſe cum ea  
confirmata ita Tyraq. d. loco nume. 2. i. 2. conc.  
Bald. l. Titia. §. legato ff. de leg. 2. l. 1. C. de inof-  
fic. don. consil. 167. volu. 5. Cor. consil. 176. lib.  
2. Ruin. cōſil. 60. nu. 17. lib. 3. Parif. cōſil. 72.  
num. 61. volu. 1. Quod dictum procedit quān-  
do filius natus poſt donationem, talis erat  
natus, qui ſecundum naturam viuere potuiſ-  
ſet, Baldus l. eam C. de accusat eotil. 121. vo-  
lum. 1. is enim non reuocat donationem ſi  
137 cuti non rumpit testamentum † l. quod cer-  
tum C. de poſth. hæred. inst. nam non dicitur  
natus qui immaturè natus eſt, vt viuere non  
poſſit Doct. commun. l. ſeptimo mēſe ff. de  
ſtat. hom. Doct. l. quod dicitur ff. de liber. &  
poſth. Fulg. consil. 69. Cæpolla consil. 50. Bal-  
dus consil. 113. lib. 5. Batt. consil. 117. num. 5.  
volu. 1. Marts. l. fi 1. num. 160. ff. de iuriſ. omni-  
jud. Parif. consil. 55. vol. 2. ſed quatenus ſuper.

r. n. 126. dixi dispositionem legis, vel statuti  
v. te etiam post Mortem, statuentium, vel  
m Morte, quorum causa fuit constitutio,

